d. iiij, placuit, non excusatur
homo, plene cepto, quod consilio
altius fecit, quia cum haberet ago
dixeret non dedit operam addis
cendum. xxvi. d. ¶ illo. Etiam
quia in auctorem sunt ad ma
lum, et per hoc occasione habuit
ad peccandum, ideo per dei graciam
ad veniam potuit adiuvari
ut, qui per alium ceciderant, per alium
erigeretur, et sic decuit ne tota natura
humana periret, quod peccaverat
tota, et inde ruina angelica
suppleretur, secus est in natura ange
lica que tota non corruit

peccatum Rubrica ad quid
tenebatur homo peccato primorum parentum

69 Homo suggestione dyaboli
peccavit, quia homo non
vi coactus, sed sola suasione
se sponte unica promisit adversa
contra voluntatem et honorem
dei ideo adhuc ut dei homo re
conciliaretur deo, dignum fuit
ut homo honoraret deum
vincendo dyabolum sua sponte
et restituendo deo quod sibi ab
stulit, ut quod quidem perdidit deus
per hominem, recuperaret per hominem
sed quia fieri non poterat per
purum hominem, factus est dei
filius verus homo, ut patet
infra ibi factus est verus homo.
Quantum fuit peccatum primorum

70 Peccaverunt, quare parentum
primorum fuit peccatum primorum
parentum. dicit Augustinus xiiij. libro
decimo de civitate dei, In paradiso tanto ma
ior inobediencia fuit, quanto illud
quod preceptum est nullius difficul
tatis fuit, ubi enim magna est
inobediencie pena posita, et res
a creatore facilis imperata. quis
nam satis explicet quantum
malum sit non obedire in re
facili, et tante potestatis imperio
et tanto terrente supplicio
Attende quam gravius fuit
primum peccatum inobediencie primorum
parentum, licet fuit facilius peccatum
tum, Et non quod in uno tantum
et non in pluribus facta fuit bonum
prohibitio, ne in obediencia preter
multitudinis posset ab homine
excusari Rubrica Quale
et qualiter homo affligitur peccatum

71 Homo suggestione dyaboli
peccavit, quia omnia que
ad usum vite accepit
ad usum culpe homo convertit
iustum est ut qui peccavit
in omnibus, in omnibus puniatur

quia per que peccat quis per hec et
torquetur ~~Sap. xi. d.~~ Et ideo videt
quod sibi mala imminent, undique
bella undique temptamenta, un
dique pericula, esuries et refectio
sompnus et vigilia, et quies
hominem cottidie in quietant, quod
fames et sitis, frigus et calor,
languor et dolor, et ad ultimum
mors hominem percipiunt. Cunctis
enim diebus terre sementis et messis
frigus et estus, estas et yemps
nox et dies non requiescunt
~~Gen. viij. d.~~ Hinc est quod contra 72
hominem mundus caro demonia
dimicant monet plura, caro suggerit
mollia, mundus vana, dyabolus
amara, Caro quia lutosa lutosas
suggerit voluptates de cibo potu
luxuria et lascivis et similibus
ad curam carnis pertinentibus
Mundus de ambicione avaricia
et vanitate Dyabolus de discordia
ira odio et blasphemia. Cui cum
si resistimus hostes superamus,
angelos letificamus, deus qui
nos hortatur ut pugnemus, ad
iuvat ut vincamus, certantes
expectat, deficientes sublevat
vincentes coronat Rubrica
Que mala inflicta sunt homini per peccatum

Homo dyaboli suggestione peccavit 73
propter quod peccatum ut dicit Augustinus
quatuor sunt inflicta. Infir
mitas, ignorancia, malicia, et
concupiscencia Et sicut dicit Bernardus
Rursum quam homo non dei precep
to, sed suggestioni dyaboli acquievit
lapsus est in miseriis et casibus
in multis viciorum, quia se ab amore
celestium elongavit, in amore
et occupatione terrestrium se subiugavit
inde est quod vanitas illum ubique
capit, curiositas deducit

quare caro contra
hominem mundus
demon dimi
monet plura

cupiditas allicit, voluptas seducat,
luxuria polluit, torquet invidia,
inflat superbia, turbat iracundia,
cruciat tristicia, et qui unum deum
qui ei sufficere poterit dimisit,
per multa dispergit, et nil invenit
quod ei sufficiat, donec redeat
ad deum, et quia inferiori deo
non fuit obediens et subditus,
sibi ipsi est contrarius et rebellis,
nec se sibi potest subiugare. Si
deo fuit obediens et subiectus,
et quia per fidem et caritatem non
est unitus, ideo in seipso multum
est divisus, et quia per peccatum a deo
recessit, ideo oportet ut ad ipsum per unam
veritatem, ut dicitur in fine ibi per
penitenciam reparari. ¶ Rubrica

ap Quibus vinculis ligavit deus
hominem propter peccatum

Peccavit propter hoc peccatum ligavit
deus hominem tamquam in servum
septem vinculis scilicet septem
necessitatibus corporis que sunt, fa-
mes sitis frigus calor labor
dolor et ad ultimum mors, Sed
peccator quasi in somnis hec vincula
proposse disrumpit unde conqueritur dominus
per Ieremiam: disrupisti vincula mea
scilicet famem et sitim per crapulam
et ebrietatem, frigus per vestium
nimietatem, calorem per vestium sub-
tilitatem, laborem per quietem, dolo-

aq rem per voluptatem, mortem per me-
dicinas, et ideo quibus vinculis
ligabitur scilicet fame et siti perpetua fri-
gore et calore nimio quia per-
transibunt ab aquis nimium ad ca-
lorem nimium Iob xxiiii. Sed e con-
verso iusti paciencie se permittunt in pre-
senti ligari hiis vinculis et ideo
in futuro a Christo domino solventur ad
gloriam Ysaie lii. Solve vincula
colli tui et Ioel non esuriet amplius neque
sicient Apoc. vii. ut in gratis
actione dicent disrupisti vincula

ar mea ¶ Rubrica de trinitate
Et sancta trinitas, hoc
nomen trinitas idem significat
quod iste ternio et est persone ¶ Quid trinitas
Trinitas enim est trina
unitas, sive una trinitas trium
personarum eternarum quarum quelibet
est verus deus, quelibet verum
et summum bonum, quod nec dici potest
nec cogitari plene secundum quod est

as Nota quod in quibus consistit yma- Inquibus consistit
go vel similitudo trinitatis, secundum similitudo trinitatis
Augustinum ymago trinitatis scilicet memoria
intellectus et voluntas. Sicut
enim ex patre filius, et ex patre et filio
spiritus sanctus, Sic ex memoria
intellectus, et ex ambabus voluntas
et ista tria sunt una essencia,
una vita, una anima, et quod quod
ad se ipsa dicitur anima, memoria
non et intelligencia et dilectio
sive voluntas, ad quod dicuntur
et hec tria eo sunt unum, quo una
vita unus mens una essencia,
et quidquid ad se ipsa singula
dicuntur et in simul non pluraliter, sed
singulariter eo non tamen sunt que ad
se invicem referuntur equalia, et
sunt non solum singula singulis
sed etiam singula omnibus, alioquin
non se invicem caperent, capiuntur
autem et a singulis singula et
a singulis omnia, memini enim
me habere memoriam et intelligenciam
et voluntatem, et intelligo me in-
telligere velle ac meminisse ac
intelligere. hec tria inseparabilia sunt
separatim dicuntur sed inseparabiliter
operantur. Sciendum tamen quod secundum Augustinum
hec trinitas mentis non propterea tamen
ymago dei est, quia sui meminit
et se intelligit ac diligit mens
sed quia potest etiam meminisse et in-
telligere et amare illum a quo facta
est, secundum Augustinum ymago trinitatis mens
noticia amor, mens est ut parens

77 Alia assignatio
notitia ut proles, amor spiritus sancti.
Item secundum aliam assignationem anima
secundum trinitatem potentiarum cum sit simplex
in essentia, quia est vegetabilis
sensibilis rationalis. Vel secundum aliam concupiscibilis
irascibilis et rationalis.
Attende igitur similitudinem trinitatis
in anima que tamen est ad ymaginem
creatoris, quia licet unus sit
homo, sed tamen in se tres dignitates
memoriam intellectum et volunta-
tem. Et sicut est deus pater
deus filius deus spiritus sanctus
non tamen tres dii sed unus deus
Ita anima est memoria intellectus
et voluntas non tamen tres anime.
Item sicut dicit Augustinus anima
gerit similitudinem trinitatis quia
sicut deus est vivit et sapit
ita anima est vivit et sapit.

78 Comparatio anime ad naturam humanam que reperitur cum aliquid creature dedimus
Et non quod multo ad naturam humanam
reperitur ubi deo operante de ymagi-
ne depicta [illegible] quam perfundimus
aliquid quantum dedimus, nil enim
in hoc mundo est homine sub-
limius, nil nobilius nil quod deo
similius invenitur, et eo ymago
illius quo nichil melius est
ibi querenda et invenienda est
quo nostra natura nichil melius ha-
bet in anima.

79 Alia similitudo
Item potentia sapientia et benignitas
sunt speculum trinitatis quia per magni-
tudinem creaturarum cognoscitur potentia
dei patris creantis, per ordinem ac dis-
positionem sapientia filii ordinantis, per
affluentem usum et conservationem benigni-
tas spiritus sancti largientis. Et
sicut ex potentia sapientie procedit sa-
pientia, et ex hiis duobus bona voluntas
Sic ex patre filius, et ex illis duo-
bus spiritus sanctus. Et quod constituit
filium a[e]qualem trinitate eam in dicitur
consubstantialem et equalem. Item sicut

80 Comparatio in sole vel igne sit speculum trinitatis
a sole et carbone vel igne gig-
nitur radius sive splendor in-
mediate et non econverso et ex illis duo-
bus calor et non econverso. Ita a patre
filius, et ex illis spiritus sanctus et non
econverso. Et sicut splendor fervor
sunt unus sol vel unus ignis
ita pater et filius et spiritus sanctus
sunt unus deus. Item dicit Augustinus
unicuique decima et spiritu hec tria omni
existenti in sunt essentia, quia
sunt species qua differunt usus
quo perficiunt et hec sunt vestigia sum-
me trinitatis patris et filii et spiritus sancti.

81 Comparatio ... ex parte ... per vestigium trinitatis
Item apparet similitudo trinitatis
in magnitudine pulchritudine et utilitate
creaturarum, in magnitudine potentia que attri-
buitur patri, in pulchritudine sapientia
que filio appropriatur, In utilitate bo-
nitas que spiritui sancto assignatur.

82 Comparatio ... sensibilium ... trinitatis
Item notare possumus ut potes
in uno quoque corpore simili trinitatem scilicet
ipsum corpus et speciositatem circumfusam
entem, ipsum quoque amorem, quo se in-
vicem complectuntur, et in vere
nec loquente essentia corporis et nec
albi eius speciositate. Qua tamen
vestitum est, et velut donum decoris
in ipsa quo se complectitur quo
etiam exterioribus sua largitur. Unde
ergo quamvis corpus sensibile indicit se
corporibus per varietatem naturalium actionum
quasi perficiens et loquens se ipsum
[illegible] et idem corpus est
parens ipsius cum tamen varietas
naturalium accidentium de corpore ipsius
essentia procedat. Omnis vero actio
est quasi verbum, et proles et partus
potentie. Qualis autem amor
sit in [illegible] ipsius corporis, et naturalis eius
actiones que sunt speciositas eius
exterior, et facies decora ipsi
motus nostri ostendunt, quia omnia
corpora naturaliter fugiunt nec sine con-
tra et in se tenent que nec sine con-
veniunt, et hoc in omnibus invenitur
reperitur. Hec omnia sunt vestigium
trinitatis, et licet ex aliqua vero
quedam magis appareant uni perso-
ne quam alii, tamen tota totaliter uni
persone sic est appropriata quin sit

Simil*iter* in figuris vestigium altius. Item in figuris
relucet verissime trinitatis similitudo
ut in triangulo equilatero cuius
tres anguli sunt cum tamen ipsi
sunt eadem superficies, una fi
gura et eadem per omnia. ut sic
dicantur superficies triangula sicut
essencia dicitur trina triangulus
non est angelus licet ipsi sunt
eadem superficies et anguli ipsi
sunt tres, licet ipsi sunt eadem
superficies. eadem figura et sigil
latim unusquisque et in summa omnes
Simil*iter* in panno Item idem pannus est simul
super tunicale, et coopertorium et scu
pulare ubi communis essencia est
idem pannus trium illorum orna
mentorum quia ab invicem differunt
et de invicem non predicantur, sunt
ergo ibi tres species ornamenti
ornamentum non species eorum cum
et stilum. Idem patet in panno tripli
cato vel tribus coloribus distincto
Simil*iter* in candela Item in tribus candelis con
iunctis et accensis est unum
lumen licet tres candele.
Simil*iter* in artificialibus Item in artificialibus de eadem
essencia auri est anulus fi
bula et ciphus que licet diversa
sit eandem essenciam communicant
Simil*iter* in vocibus Idem in vocibus ut albus
alba album tres voces sunt
sed unum nomen. Item una et eadem
vox est diverse dictiones ut hec
vox amor est verbum et est nomen
commune, et est nomen proprium alicuius
Simil*iter* in diversis respectibus Item sicut una et eadem res
est prima igitur et secunda et tertia persona
secundum diversos respectus, non tamen
prima est secunda vel tertia, vel ergo
sic una et eadem est substantia pater
et filius, et spiritus sanctus, non tamen
pater est filius. vel spiritus sanctus, vel ergo
confundantur, ergo qui fide trinitatis
discredunt, cum appareant vestigia
sine testiones in omni creatura naturali
et artificiali, celesti et terrestri spi

rituali et corporali De hac materia
habetur supra ibi Tres quidem personae

Rubrica de multiplici trinitate

Hec sancta trinitas, est enim 83
trinitas increata pater et filius
et spiritus sanctus, est enim trinitas
creata scilicet ratio memoria
et voluntas que facta est ad si 84
militudinem creatoris, sed hec cecidit
a prima. Per aliam trinitatem non Per que tria que creata trinitas cecidit a creatore.
statim scilicet per suggestionem delectacionem
et consensum cecidit in quam igno
rancia in penam, in iniudicia,
et cum libere patet istius trinitatis
triplex est casus, Ratio cecidit in
ignorancia vel discretionis commodi,
et incommodi, boni et mali
Memoria cecidit in tres species
cogitacionum scilicet in cogitaciones
ociosas, onerosas, affectuosas,
Voluntas cecidit in concupiscenciam 85
carnis, concupiscenciam oculorum et in
superbiam vite Est item trinitas Per qua trinitate resurgit
per qua resurgit ista trinitas scilicet
fides, spes, caritas, fides il
luminat intellectum, spes erigit
memoriam, caritas purgat vo 86
luntatem. Item est trinitas specierum De trinitate specierum in altaris sacramento
in uno eucharistie sacramento. scilicet
panis vinum et aqua, Bene
ergo dicitur hec ad distinctionem 87
aliarum trinitatum. Item est trinitas De trinitate substantiarum in una Christi persona
substantiarum in Christo. quia divinitas anima
et corpus in una Christi persona
Item est trinitas personarum in deo
quia tres persone scilicet pater et filius
et spiritus sanctus est unus deus,
una essencia, una substantia seu natura

Rubrica contra Arrianos

Secundum quem cenciam et dicta 88
Contra Arrianos qui dicunt
in trinitate diversas substantias, contra
quos dictum est supra ibi Tres
quidem personae, sed una essencia
et contra Arrianos per solos proprietates distincta
Contra Noecianos et Sabellianos
et alios qui personarum destruunt
notiones contra quos supra ibi

Pater generans, filius nascens
et spiritus sanctus procedens. Propter moy
sen et sanctos prophetas, contra seneria
nos et manicheos et alios qui
vetus respuunt testamentum, sed de
hac materia plenius habetur infra c.
doctrina ebionit. Quod autem vetus
testamentum sit bonum et a deo bono
patet Ro. 3. Justicia dei bona ma
nifestata est testificata a lege et
prophetis, si lex et prophetia essent
falsi testes non inducerentur ab
apostolo veritatis ad testificandam iu
sticiam dei, cum ergo inducantur patet
quod sunt boni et veri. Item quando
Christus a dyabolo temptabatur verbis moy
si se protexit et defendit et inse
ipsum dyabolum impugnavit ut patet
Mt. 4. Verba ergo illa erant contra
dyabolum ergo non erant a beo da
ta ad serviendum deo. Item 2a
petri 1o habemus propheticum sermonem
cui benefacitis attendentes quasi lucerna
ardens in tali loco ergo cum prophe
ticus sermo lucerna sit non est
a principe tenebrarum. Item act. 4
c. qui in spiritu sancto per os david pa
tris nostri pueri tui dixisti. Item
Ro. 7 c. Lex quidem est sancta
et mandatum sanctum et iustum et bonum
Item prima ad thimot. 1o. Scimus
quia lex bona est si quis ea
legittime utatur. Item Thessal. 5.
prophetias nolite spernere. Et ad Gal
3o c. Lex propter transgressores posita
est et per angelos ordinata est
in manu mediatoris. Item scriptura
legis et prophetarum a deo et a beis
discipulis admittitur et ad confir
macionem sermonum suarum ipsas pro
ferunt Mt. 1o et 2o, Mr. 1o et 7,
Luc. 1o et 2o, Joh. 1o et 2o, Ro.
primo et 2o et 4o. Ad cor. 1o
Gal. 3o, Eph. 2, Thymo. 1, Hebr.
1o, Jac. 2o 3o et 4, Prima petri 1o
et 2o 3o, 1o Apoc. 19, Actuum
2o, et in multis aliis locis. Et
Et non quod nichil est in lege

quod non habeat causam racionalem
sive occultam sive manifestam
que enim ad dei honorificenciam
et ad honestatem morum pertinent
manifestam habent utilitatem, ut quia
precipitur deus diligi et timeri.
Aut quibus opacos sentit pre
pit, vel vicia prohibet, aut quia
mala vitanda, sicut cooperire ci
sternam ne quis cadat in eam, vel
recludi ne bos cornu petatur
neque feriat. Aut propter pacem et
concordiam conservandam ut furtum
latronum rebellium punitos scortorum
et rapinarum prohibitos, litium et
discordiarum iudicia. Causa autem et 91
alia puniuntur tamen hoc est vero
lege puniuntur, sicut repudium
odiose uxoris ne occideretur, et
accommodare usurarum alienis ut sal
tem parcant fratribus, 2o autem
a maioribus malis per minorum
permissionem. Quare autem minora 92
mala quedam magis puniuntur
quam maiora, non fuit quia frequencius
contingebat, vel quia maiorem
multitudinem involvebat, vel quia
maius dampnum inferebant, vel quia
maiori audacia in publico sine 93
contumacia perpetrabantur. Illud autem
nondum quod omnia que absurda
videntur in lege, aut [illegible] ad [illegible]
sunt contra matrimonium spirituale
quod est inter deum et hominem
vel species aut similitudines adulteriorum
aut suspectiones aut occasiones
vel reliquie ipsorum. Et quia dominus
deus est fortis zelotes, ut dicitur
Exodi 20. propter zelum tenuiter
quia lex ad hominem ordinata ydola
tria et ydolatrandi occasionem
sed prohibuit ad similitudinem zelo 94
tipi mariti. Zelus enim est
vehemens amor in propria uxore
quo alium ad eam accedere non
patitur, nec aliquid suspectum
habere cum illa, hoc est nec tactu

89 Auctoritatibus tribus ostenditur quod vetus testamentum est bonum

90 Quod omnia que sunt in lege omnia sunt racionabilia occulta vel manifesta

91 Cause que [illegible] punita sunt

92 Quare minora mala magis puniret quam m[illegible]

93 Quare propter zelum dei [illegible] prohibet [illegible] videtur absurdum in lege

94 Causa z[illegible]

nec colloquium nec tactum nec
signum, nec appropinquacionem ulla
qua occasione possit dici adul
terio. Zelus igitur quem habuit
deus ad populum israel fuit causa propter
quam ei prohibuit ista omnia que
absurda videntur in lege, quia
videbatur ad adulterium ydolatrie
pronus, aliter videretur deus tamquam
ad litteram in nugis prohibuisse, sed
absit quod in preceptis vel prohibiti
94 onibus dei aliquid absurdum vel
in vanum videatur. Hodie propter cau
sas similes etiam fierent similes
prohibitiones et precepciones, ut si
quis vellet apud nos die sab
bati ab operibus servilibus absti
nere ut etiam ocio vacaret propter
reverenciam sabbati non sustineret
ecclesia propter speciem iudaismi. Eodem
modo de die veneris propter speciem
Sarracenismi. Similiter si quis vel
let adorare ad aquilonem, vel
ad occidentem, vel sub arbore
si esset in hoc consuetudinarius
non sustineret ecclesia propter suspicionem
ydolatrie, quia talia ydolatre con
sueverunt facere, et non solum a malo
sed a mali specie abstinendum, secundum
~~Thessal. v.~~ Omnia autem probate
96 quod bonum est tenete ab o. s. m.
absti. Vos. Ratio autem nec litteram
ad intelligenda sunt ea que ab
surda sunt, videntur in lege, ratione
patet quod multa inconveniencia asse
querentur. Primo quia legislator bar
barus et lex barbara esset si non
intelligeretur a populo, et stultum vi
deretur ac risu dignum ut mandaret
sermone quod non intelligeret. Secundo quia
rectoris vel doctoris officium non
impleret si obscura proponeret et
exponere nollet et sermone ab
uteretur, quia cum sermo interpres
debeat esse animi sermo eius quantum
ad hoc non esset interpres animi sui
vel celator. Tercio quia doctores

qui preesserunt in illo populo viden
tes errorem reliquisse eum de
litterali intellectu eos non removerent.
Quarto quod prophete missi adeo ad populum
corrigendum de hoc populum nun
quam correperunt, nec mencionem
aliquam inde fecerunt. Si quis
vero dicat quod populus sano spiritali
intelligencia talium gaudebat et non
iudaico more illud Ro. 2. Sci
mus quia quecumque lex loquitur
hiis qui in lege sunt loquitur.
Unde quod non erant necesse ut ob
tinuit hanc spiritualem intelligenciam
loqueretur, quia addunt erravimus
lex autem hiis qui in lege sunt loquitur
perpetua autem venit veritas eius
manifeste, non fuit necesse ut lex
in umbra illarum figurarum nobis 97
loqueretur. Ex quibus patet litteralem
intelligenciam habuisse que absurda
videntur in lege, et tunc erant
illi populo manifesta, quia videbant
ydolatriam gencium inter quas
morabatur, per ut autem abcisa ista
scia longitudine temporis afflictione
ac dispersione sua et negligencia
studendi. Rubrica capituli
et tribus ostenditur quod moyses
fuit verus dei nuncius et lex
edita inspirante deo

Per moysen. Quod moyses 98
verus dei nuncius fuit
et deo inspirante lex edita
et in posita patet hebreis fidem
facient signa Exodi x. Et quia
magi confessi sunt quia digitus
i. virtus et operacio dei est hic
Exodi viii. Et quia dii egyptiorum
nichil contra hinc potuerunt signis
quia nec plagis aliter neque ex
ercitum egyptiorum inmede, nec
moysen vel populum hebreorum im
pedire, et quia deus elegit eos
in populum peculiarem. Exodi xix.
et dedit eis legem Exodi xx.
Et patet in tussignum apparuit

Quod propter causas etiam fierent consimiles prohibitiones et preceptos

Quod predicta si non intelligerentur in lege ... videntur absurda in lege

Nota

Exemplis patet quod que videntur absurda in lege litteralem intelligenciam habuerint

Moyses et helias math. 17. moy
ses quidem fides erant tamquam
famulus in testimonium eorum que
dicenda erant hebr. 3. Item
Johannes vidit citharas cytharis
dei et cantantes canticum moysi
servi dei Apok. 15. Item mal. 4
fine dicit dominus memento legis
moysi servi mei quam mandavi
ei in oreb pro dicta fuerunt contra
hereticos qui dampnant moysen
dicentes ipsum esse discipulum dyaboli
et non dei sancti dum quamque
sunt confirmati in fide hebreorum
11. g. Sancti per fidem etc. ¶
Rubrica contra illos dicentes quod
prophete fuerunt sancti et scripta eorum
99 Et sanctos prophetas quod sancta
prophete sancti fuerunt et scripta
eorum sancta patet Ro. primo. Et
Act. 3. vos estis filii prophetarum
et testamenti quod disposuit deus
ad patres nostros, quod autem dei mi
serie prophete et omnes servi dei
fuerunt patet Jeremie 44. c. Quia
non voluntate humana est aliquando
prophetia, sed spiritu sancto in spiritu
locuti sunt dei sancti omnes
ut dicitur 2 petri 1. Quod autem sancti
fuerunt in veteri testamento et cetera
patet Ezech. 14. c. luc. 1. Jac. 5.
et hebr. 11. Et est hoc contra
100 hereticos, qui dampnant patres
veteris testamenti, ad quod inducunt
Joh. 10. Quotquot venerunt ante me
fures sunt et latrones. Unde
venerunt ipsi non misi. Unde Jeremie
23. Non mittebam eos et ipsi
currebant. Ad idem patet. Omnes
declinaverunt simul inutiles fa
cti sunt non est qui faciat bonum
non est usque ad unum. Item Ro. 3.
Unde quod de illis loquitur qui
fuerunt in lege sine fide, quod patet
Ro. 9. g. Israhel sectando le
gem iusticie in legem iusticie non
pervenit quia non ex fide. Ad
idem inducunt quedam facta

patrum veteris testamenti que videntur
mala. Ad quod dicendum quod si uno tempore
peccaverunt, alio emendaverunt ut
patet in david et petro et aliis multis. Alia opposicio
Item inducunt ad confirmandum
suum errorem quod patres veteris testa
menti leguntur ad inferos descen
disse Gen. 37. Unde quod ante
passionem dominicam porta erat clausa
ianua regni celorum toti humano
generi quia tenuit flammeus gladius
positus ante paradisum. Gen. 3. quasi Responsio
prohibens ingressum. Descendebat
101 ergo antiqui patres in infernum in
ferum ubi manebant felici spe con
solati, sed non descendebant in profun
dum inferni ubi nulla est re
demptio, nec habebant penam ma Ubi descendebant patres antiqui post mortem
terialem, sed solum carebant visione
deifica, ad quem locum christus de
scendit, et inde suos liberavit
ut patet Act. 2. Quem deus sus
citavit etc. in fine. ¶ Rubrica contra
illos qui dicunt quod ante adventum
christi non fuerint aliqui boni etc.
102 Sanctos prophetas, contra illos
qui dicunt quod ante adventum
christi non fuit aliquis bonus contra
quos Gen. 7. et 9. c. de noe
qui fuit bonus. Item de abraham
Gen. 12. 15. 17. 20. et 22. Item
de ysaac 26. de Jacob. 28. 29.
et de moyse et aaron Exodi
4. et 7. De Job. Job primo et ultimo.
Quod autem boni fuerint in veteri testamento
patet Mathei 23. et sequentibus
capitulis. Item luc. 1. et ultimo.
Joh. 5. et 8. Ro. 4. hebr. 11.
Actuum. 3. et 4. ¶ Rubrica contra
illos qui dicunt prophetas fantastico
spiritu fuisse locutos
103 Sanctos prophetas, Est contra
montanum hereticum, qui dixit
prophetas fantastico spiritu fuisse
locutos more arrepticiorum, huius
secta apparet erronea, quia non
testificata a lege et prophetis Ro. 3. et
patet etiam falsa. 2. petri 1.

Contra illos qui dampnant patres veteris testamenti temporibus antiquis et quare in inciunt

Contra eos qui dicunt quod prophete fantastico spiritu locuti fuerunt de prophetis

Ubi dicitur de salute exquisierunt
et scrutati sunt prophete qui de fu-
tura in vobis gratia prophetaverunt
scrutantes quod vel quale tempus
significaret in eis spiritus Christi
Unde quod dicit / quod exquisierunt et
scrutati sunt / quod non est hominis
arreptitii / sed hominis bone vtentis
et laborantis propter remedia virtute
¶ Ad idem 2 ad corinthios · habentes
eundem spiritum fidei sicut scriptum est
Credidi propter quod locutus sum / et nos
credimus propter quod et loquimur
Idem gratia spiritus / eandem fidem que
monebat apostolos ad credendum
mouerunt david et alios prophetas
ad prophetandum / non sunt ergo locuti
ut arreptitii vel irrationales non
intelligendo / sed ut fideles fidem
Christi habentes. ¶ Item actuum 2o dicit
petrus de david propheta igitur cum esset
et sciret quia iureiurando illi
deus promisisset / et providens locutus est
de resurrectione Christi / si sciebat et providebat loque-
batur / non ergo ut arreptitius et non
intelligens Ad idem expresse in pro-
logo abacuk · ubi ieronimus destruit
1 ...one etc. ...ph'e ...endum defi... ...phetis — hunc errorem ¶ Unde non quod vinciri
sed videnti de suis visibilibus est
credendum / et sicut est sensus cor-
poralis / sic est etiam spiritualis
Unde homo dicit se sentire gaudium
suum et dolorem suum et ceteras huiusmodi
passiones Sicut se sentire scias su-
as dubias et certitudines / sic et prophete
sentiunt visiones et revelationes
suas / et ideo sicut credimus visui
nostro corporali de visibilibus corporibus
et nos scire dicimus que tuque pallium
videmus Sic credendum intellectui
prophetico qui est visus spiritualis
quia visiones eius non opiniones
aut credulitates tantum sed cognitiones
certissime sunt / propter quod ab huiusmodi visu
prophete videntes dicti sunt / et procul
videntes quia ea que procul sunt
a cognitione aliorum hominum vident
et percipiunt · que in visione ab ipso

dicta sunt et propter hoc propheta dicitur
quasi prefator aperiendo futura vel
ut paulus apphanos quod est sonus
quasi longe prenuntians ¶
Vel prophete quasi previdentes. quia pro-
videbant hominibus animabus eis in
minentibus / vel in expellando peris
capiunt deum vel instruendo eos
qualiter illa aspe caverent ¶ Et nota
quod raptus et extasis / et que-
sompnia et alie illustrationes sple-
doribus propheticis amantur propter simi-
litudinem quam habent ad illos
Cetus enim prophetarum velut oculus
universitatis hominum / non solum ad
videnda secreta celestis regni
angelorum / sed etiam ad regendos
dominus suos et ad ambulandum in
via morum in tenebris huius vite
Prophete autem limitatius habuerunt
visiones ad ea que vel ad gloriam
celestis / et ad cultum eius spectaliter
pertinebant / vel ad ea que ad res
humanas propter dei cultum ¶ Et nota quod
prophetica splendores et alie illumina- — ¶ Quare sunt apparitiones 2
tiones que desursum sunt celebr- — prophetis
similiter et subito infundunt / et sunt
apparitiones eis ex vim dilatione
angelica super mentes prophetarum pin-
gente ac describente in eis signa
visa / et ipse creator testificatur prophetis
per signa miraculorum que sunt testimonia
celestis / Et ideo qui non credit
prophetis facit iniuriam creatori cuius
nuntii sunt / et in tantum se ostendit
incredulum / quod si non credit prophetis
nulli ipso credere videatur Rubrica
Quid est prophetia et qualiter dividitur

Dicit prophetas / Prophetia est divina 3
inspiratio vel effatus inmo-
bili veritate denuntians / p-
rophetia est aspiratio loquendi formatio
vero futurorum aspectus divinitus pre-
visorum ubis autenticis predictum
¶ Dividitur autem prophetia in propheciam
predestinationis · quam ut dicit augustinus
necesse est evenire ut esse inligo

Ysaie xviii°. Alia cobinacois qua
no est necesse ad litteram euenire
ut in pphecia Jone de niniue.
Jone iiii° et ysaie xxxviii. quia
dixit Ezechie dispone domui
tue quia morieris tu et no uiues
In pphecijs cominacois subauditur
et supplenda est condicio illa mo
rieris nisi penitens vel n deus
aliter prudeat vel reuelet

¶ Quid pphecia

Item per pphias pphia est pscia
futuro. Item pphia est res laten
cium pteritarum vel pncium vel futurarum
ex diuina inspiracione monitio
Dico aut ex diuina inspiracione
quia illi qui iuuant demonum astu
tia aut alijs modis latencia
dicunt licet pphe dici possint
tamen inter diuinarum scripturarum non
numerantur auctores latencium dico
quia si quis iam congita dicat
licet futura sint tamen pphia no est
sicut nos cum venerit pdicamus
pphe no sumus. Item per pphias

¶ Que et quot sunt genera pphecie

ysidorus ethi° point viii°. gna
pphie dicens. Primum genus pphie
dicitur ex thasis, quod est mentis ex
cessus. sicut petrus vidit vas
id est sub missum de celo in stupore
mentis cum varijs aialibus Actuum
x. c. Secundum genus est visio sicut
ysaie vi. a. Vidi dominum sedentem
super solium excelsum. Tercium est
sompnium sicut Jacob sub nixa
in celo scalam dormiens vidit
Gen. xxviii. c. Quartum est per nube
sicut ad moysen Exodi xix. c.
Veniam ad te in caligine nubis
ut audiat me ppulus loquentem
ad te. Et de Job. Ite. xxxviii°
Job a. et xl. a. Quintum est vox
de celo sicut ad abraham point
dicens Gen. xxii°. No extendas
manum super puerum. Et ad saulum
Act. ix. Saule saule quid me
persequeris. Sextum est accepta
parabola sicut apud salomonem
in prouerbijs. et apud balaam cum eum
accerseret abalaat Num. xxiii. f. as
sumpta parabola ait etc. Septimum
est repleto spiritus sancti sicut fit
in pphetis. Pphetare multis modis
dicitur. Pphetare enim est futura p
dicere. ut Ysaie vii. Ecce virgo
concipiet et pariet. Item pphetare

¶ Quot modis pphetare

dicitur futura narrare ut Genesis
p°. In principio creauit deus celum
et terram. Item pphetare dicitur alibi
facta absens intueri. iiii. Reg.
v°. g. Dicebat helyseus nonne
cor meum in presenti erat. quando re
versus est de curru suo in occursum
tuum. Item pphetare est ppheticas
recitare. Vnde p°. Palip. xxv. a. Da
uid et magistratus exercitus eius
segregauit in ministerium filios asaph
et eman et iditum qui pphetarent
in cytharis etc. Item pphetare est lau
des deo canere. Num. xi. c. Quis
tribuat ut omnis ppls pphetarent
etc. Item pphetare est docere. Vnde
p° Cor. xiiii°. a. Emulamini
spiritualia magis aut ut pphetetis
Et Act. xiii. Erant in ecclesia
anthiochie pphe et doctores. Item
pphetare est loqui uel plocutoris
officium exercere. Vnde Exodi vii°. a.
Aaron frater tuus erit ppha tuus
id est ploquutor. Item pphetare dicitur pre
figurare sicut Josue dicitur ppha quia
xpm prefigurabat. Vnde Jeronimus
in prologo super Josue dicens nomine
domini spiritus nos reget atque pphetarum
explanacionem incumbere. Item pphetare
dicitur more arrepticiorum aliena
referre. Vnde p° Regum xviii. dicitur
Saul pphetabat in medio domus
sue cum eum malus spiritus inuasisset

Contra illos qui despiciunt Johannem
baptistam et quare hoc dicunt textus

Alios et famulos cudendum
suos ut fuit Johannes bapta
Contra illos qui eum despiciunt

dicentes ipm dubitasse de xpo
pp q misit ad xpm discipulos
suos ad interrogandum quis eet
xpus. Unde q no sequit ipm
dubitasse de xpo, et xpus qui
interrogavit, cuius esset ymago
denarii & suprscriptio qua sciebat
xpi. Item no seq^r si dubi
tavit, q pp hoc sit dampnatus
potuit em dubitare utr in ppa
psona descensurus eet ad infros
inde liberaturos suos, an per
alium hoc eet facturus, q aut pp
illam dubitacoem dampnatus no
sit, pz p hoc q postqm nuncii
Johis recesserunt xpus tm testiom
dat Jo. vocans eum angelum
& plus qua pphetam, & affirmans
Inter natos mulierum no surrexit
maior Johe bapta &c. Si oppo
natur q xpus qui natus fuit
de muliere fuit maior Johe. Unde
q xpus natus est de muliere scdm
comunem, sz no comiter amplexum
comiter, item sz no scdm mollicie.
Vel sub intellige ppha cum dr
no surrexit maior isto ppheta,
xpus aut no fuit ppha tantu
sz dns pphetarum, Qui aut sequitur
qui minor est in regno celorum
Maior e. Joh. Attende q soli
angeli erant in pria celesti qn
xpus dixit illa vba, quia nondu
ascendit in celum captiva duxit
captivitatem. Angeli aut erant maio
res qm homines, quia illi inmor
tales et inpassibiles, isti no, illi
beati isti miseri, Illi triumphat sz
isti militant, ergo qui tunc erat
in regno celorum maior erat Jo
hanne. Item verisile e. q
Joh. id sibi no interrogavit, sed
discipulis suis qui de xpisto
dubitabant volens eos p xpm
certificari, quos xpus certificavit
ostendens impletum ee signum
quod dederat Ysaias de adventu
xpi Ysaie xxxv. Deus ipe
ipe veniet et salvabit nos,
tunc aperient oculi cecorum, et
aures surdorum patebunt & vn
dnus aut. Ceci vident claudi am
bulant &c. Quod aut Johes non
dubitavit de xpo p hoc pz qa
ipe dicit Joh. po. Qui misit
me bapti. in aqua ille m dixit
Sup quem videris spm descendentem
qsi columba, et sup eum manentem
ille est qui baptizat in spu sco,
& ego vidi et testiom phibui,
quia hic est filius dei Ipe eciam
eum ostendit digito dicens Joh.
po cao. Ecce agnus ecce qui tollit
peccata mundi, Potuit eciam dicere &c. 8
occasio huius erroris q Johes bap ¶ Que occasio huius erroris
no secutus fuit xpm, dicunt. n.
q si bonus fuisset, eum secutus
fuisset, sz hoc no seq^r, multi. n.
boni fuerunt, qui tn xpm cor
paliter secuti no fuerunt, voluit 9 ¶ Causa quare no Johes secutus est xpm
xpus q Johes eum corpaliter seq
retur, ne testiom eius suspectu
haberet, et plus pfuit ad confirmacoem
fidei testiom q Johes in absencia
xpi tulit, qm si illud in eius
presencia tulisset. Simile hes ma^r
5°. de illo qui a demonio liberatus
erat, qui rogavit xpm ut esset
cu eo, ihus aut no admisit
eum, sz ait illi Vade in domum
tuam ad tuos, et nuncia eis qn
ta tibi dns fecit, et abiit et
cepit pdicare in decapoli qnta
sibi dns ihus fecisset, et omnes
mirabantur, plus pfuit pdicacio
eius in absencia xpi, qua pro
fuisset in eius presencia. Ut aut 10 ¶ No^a comendaciones Johis baptiste
manifesta fiat falsitas huius
erroris ponamus comendacoes
Johis q in sacra scriptura pnt
tur, q plures sunt, primum est quia
ppheticus est pnunciatus, ut ibi

Ysaie xl. Vox clamantis in deserto
De eodem Luc. iii. et Mat. iii.
Item prenunciatus est Malachie
iii. Ecce ego mitto angelum
meum i. Iohannem ut dicit glosa
De eodem Mat. xi. Hic est de
quo scriptum est Ecce ego mit-
to angelum meum. Item prenuncia-
tus in psalmo Paravi lucernam
Christo meo. De eodem Io. v.
Ipse erat lux et lucerna ardens
Secundum est quod angeli prenunciacione
preventa est eius concepcio et
nativitas et non cuiuscumque an-
geli sed eius qui concepcionem
eius prenunciavit Luc. i. Ego
sum Gabriel qui asto ante deum
Tercium est quod de parentibus sanctis
et de sterili tali gne device abiu
i. mirabili et miraculose natus
est Luc. i. Erant iusti ante deum
&c. et i°. Non erat eis filius eo
quod esset Elizabeth et ambo pro-
cessissent in diebus suis et ita
patet quod non natura exigente sed operan-
te gracia est conceptus. Unde dicit
Ambrosius quod sanctus Iohannes baptista
nobilitatus est parentibus miraculis
moribus munere passionibus. Quartum
est quod ante fuit sanctus quam natus
Luc. i°. Spiritu sancto replebitur adhuc
ex utero matris sue. Quintum
fuit quod propheta ita quod in utero propheta-
re cepit dum exultando in utero
materno testimonium Christo dedit Luc.
i°. Ut facta est vox salutacionis
tue in auribus meis exultavit
in gaudio infans in utero meo.
Absque dolo fuit testimonium id est quia
verbo lingua non poterat animo
exultante salutat et sue precursionis
officium inchoat quia eum adire volens
obviam salvatori exultacionis vim
in tensione gaudii demonstrat.
Sextum est quod non solum fuit propheta
sed eciam plus quam propheta Mat. xi. quia
Christum digito monstravit Io. i°.

Septimum est quod fuit precursor domini
et precursor et precessit ante dominum in
spiritu Helie parare domino plebem perfectam
Luc. i°. Nam sicut Iohannes precursor
fuit salvatoris in primo adventu
sic Helias eiusdem iudicis in secundo
ambo in deserto ambo regnum
in sevicia tollerantes quia Helias
persecuciones passus est a rege Achab
propter uxorem Iezabel eius. Et Iohannes
decapitatus est ab Herode propter Hero-
diadem uxorem eius. Helyas vir-
tute fuit abstinencie ac paciencie
et convertendi animas plurimorum
a perfidia ad fidem. Christum eciam
prophetando ita et Iohannes et bn gmgit
Iussu et virtute quia multi operati
sunt miracula non habentes graciam
spiritus sancti Ius. id Mat. vii. Non-
ne in nomine tuo demonia eiecimus
Octavum est quod fuit angelus
nomine et virtute. Licet non natura
Mat. xi. Crisostomus puto si non est au-
dacia dicere quod gloriosior est Iohannes
quia homo fuit et propter meritum virtutis
angelus est vocatus quam si nomine
et virtute fuisset angelus. Nonum
est quod Christum baptizare meruit
Mat. et Luc. iii°. Decimum est quod
vocem patris audire dignus fuit
dicentis Hic est filius meus dilectus
Mat. iii°. Undecimum est quod spiritum sanctum
super Christum in specie columbe descendentem
vidit et dictum est ei a patre Super
quem videris spiritum descendentem et
manentem super eum hic est qui
baptizat in spiritu sancto. Duodecimum
est quia tria merita quibus debetur
aureola habuit virgo enim et mar-
tir et predicator fuit. Tredecimum est
quia sanctitas eius et iudeis et gen-
tilibus et Romanis manifesta fuit.
Quartodecimum quod carnis fuit sue
perfectissimus domitor Luc. i°. Vinum
et siceram non bibet. Mat. iii°. Esca
eius erat locuste et mel silvestre.

Et xj. Venit Johes no manducans
neq bibens/ Item 3o Joh. habebat
vestim de pilis camelorum mt xj.
Quid existis in desertu vidre ho
minem mollibus vestitum etc/ Primo
est quod ipse fuit mundi maximus
contemptor Qui erat in deserto
usque ad tempus ostensionis sue
ad israel. luc. 20/ 16. est quod fuit
regni celestis predicator cum ipsum
qui predicabat terram promittebat
luc. xvjo lex et prophe usque ad Johem
simplex predicauit/ lex aut terrena
promittebat/ ex eo vero regnum dei
ewangelizat mt 3o penitenciam
agite appropinquabit etc/ 17. est quod
ipse vicioru zelatissimus fuit pre
cantor zelus iste fuit ei mortis
occasio mt 14. 18. est quod prius xpm
et btam virginem dies natiuitatis
eius solempnis est omnibus/ 19.
est quia fuit vox verbi dmi
dei nostri ysaie xl. Vox clamantis
in deserto etc Et ipsemet dicit
de se. Ego vox clamantis in des.
mt 3. Et ap. 1o/ Sicut enim vox
precedit verbum/ et prius sonat vox/
quam intellectus ubi percipiatur Sic
Johes precessit xpm nascendo
11. predicando baptizando moriendo
Comendaciones Johis Johes pro fuit indicis/ para
nymphus sponsi/ lucerna lucis.
et solis/ finis legis/ inicium
ewangelii/ fibula dyploidis noui
ac veteris testamenti/ Item Augo
dicit quod btus Johes fuit tuba
celi/ pro xpi. archanum patris/
filii nuncius/ signifer summi re
gis/ peccatorum venia/ indicorum cor
reccio/ vocacio gencium/ propha al
tissimi/ amicus sponsi/ testis dmi/
lucerna luminis/ terminus propharum/ bap
tismatis inicium Joh. Crisostomus
Johes stola innitur/ magisterium
vite/ status forme/ norma iusticie
virginitatis specula/ pudicicie

tytulus/ castitatis exemplum/ patre me
peccatorum venia/ fidei disciplina
Johes maior homine/ par angelis
legis summa/ ewangelii sanctio/ apo
stolorum vox/ silencium prophetarum/
lucerna mundi/ precursor iudicis/
xpi mediator/ dmi testis/ totius
medium trinitatis/ Quia vero ad
comendacionem Johis no sufficeret
tantum homo. Ideo ad comen
dandum ipsum missus est angelus
qui comendaciones eius predicet
antequam nascetur. s. de sanctitate futura
Item comendacione ipsius mirabili
de nomine et gra/ de officio et vita
de dignitate et potestate/ de magnitudine
conuersacionis et vite de excellencia si
gnorum et miraculorum/ Sic legitur
plenius. luc. 1o post natiuitatem
tem vero Johis comendabantur
ewangeliste a claritate et fenore/ ab
opinione et predicacione/ ab excel
lencia officii et sacramento/
Joh. 1o mt 1o mt 3o et luc. iiio
Ad cumulum aut comendacionum
ab ipso saluatore multipliciter comendatur
et separatur et expresse/ Inter natos
mulierum no surrexit maior
Johe baptista mt xj. Quia
vero omnes homines in fine tenentur
ad confirmacionem et consummacionem
bonorum operum/ penitencie et iusticia
fuit in carcerem/ et decapitatus
et qui alios in aqua baptizauerat/
ipse fuit in proprio sanguine
baptizatus Rubrica cont illos
Alios quoque qui dampnant patres ve. testamenti
famulos suos/ cont illos
qui dampnant patres veteris
testamenti. Contra quos Ezech. xiiij
Si fuit in medio eius noe
Daniel et Job ipsi iusticia sua
saluabunt animas suas Item de
Zacharia et elizabeth dicitur luc. po
quod erant ambo iusti ante deum
Et quod sancti fuit in veteri testamento
patet expresse heb. xj/ et Jacobi vo

12 Quare et qualiter sit ab angelo comendatus

13 Qualiter ab ipso saluatore

14

F Contra illos qui prophetas ad ydiotismos dicunt et velut bruta animalia et non intelligentes fuisse locutos

14 Famulos suos / Contra illos
qui prophetas dicunt ad ydio-
tismos et malos fuisse / et de ex-
prophetauit velut bruta animalia
non intellexisse / Ad quod in dicitur
Ro. 2o ubi dicitur quendam illorum non
intellexerunt / Unde quod non dicit
hoc de prophetis / Ipsi autem prophete in-
tellexerunt probatur per hoc quia si
non intelligerent / testes ydonei
iusticie dei esse non possent sed tantum
quasi bruta animalia a testimonio
repelli possent / Item probatur per fidem
quam habebant ut patet Heb. xj.
Sine qua impossibile est placere
deo ut ibi dicitur Si ergo habuerunt
fidem / ergo intellectum / sicut et nos
intelligimus quod per fidem de Christo
tenemus / Data enim est prophetia
secundum rationem fidei Daniel penultimo
quia intelligentia opus est
in visione Daniel xj c. Item patet
exemplo Moysi qui fidelis erat in
tota domo dei tamquam famulus
in testimonium eorum que dicenda erant
ut dicitur Heb. 3o non loquebatur ut
brutum animal sed ut intelligens
que dicebatur Item David ex
dedi ... quod locutus sum quia ergo
ut brutum animal. Rubrica 2a

16 Contra illos qui fato attribuunt universa
ordinatissima dispositionem / Contra
ponenticos qui dicunt humanos
actus / et euentus temporales / et causis
inferioribus quadam necessitate alicui in-
sita dependere et fato attribuunt
19 universa / Describunt etiam fatum
Quid fatum
sic fatum est temporalis rerum successio
que tamen ex causis inferioribus
suum sortitur euentum / Vel fatum
est lex astrorum que rebus singu-
laribus dicitur inducere necessitatem
libero arbitrio et secundum hanc acceptionem
eiusmodi dicit Augustinus quod fatum
est vis positionis siderum quia ex-
istente qui quibus concipiuntur vel

nascitur cognoscitur qualis futurus
sit et secundum hanc acceptionem fatum nichil 18
est sicut dicit Gregorius / Secundum hunc
errorem perit humanum arbitrium
et derogatur diuine potestati / Si n.
cursus et motus siderum ortum
hominis / et statum vite humane mo-
derentur et regunt / ergo non est de
arbitrio hominis peccare / vel non
peccare. quia quadam ad hoc
necessitate astringitur / nec potest facere secundum
eos facere deus quod numquam aliter
eueniat / quod nephas est estimare
Ex quo autem fatum est fortuna vel
sit et quod non debent obseruari dicitur
xxvj q. ultima. Non obseruetis

F Rubrica unde dicitur fatum

Fatum dicitur ab ysme afor 17
fari / tamquam sit constellacio na-
tiuitatis. vel conceptionis. vel etiam
alterius hore precedentis natiuitatem
vel conceptionem fatum sine locuta
fuit nascentis fortunata vel in
fortunata per signa eius prosperi
vel aduersa magnis euentibus / non
enim dicitur fatum de cottidianis et mo- 20
dicis euentibus / Dedit autem causam
huic errori assercio mulierum dicen-
cium se audiuisse deos colloquentes
de euentibus nascentium. et ideo dixerunt
eos esse fatatos ad bonum vel ad
malum / Nomen fati vel fate. vel
fatatoris / abhominabile est apud
iudeos et christianos. que sunt
reliquie ac sequele de ydolatria
et cultura deorum et dearum que
remansit eciam vetulas conquestus
sine questionis volentes ab insipien-
bus per huiusmodi mendacia aliquid
obtinere / Fate non non sunt nisi
demones / si aliquid sunt qui per
mittunt seducere illos qui talia 21
sequuntur / Notandum tamen quod fatum dicitur
quandoque ex eterno vel in tempore que ab
eterno preuise sunt in mente diuina
et sic fatum dicit id quod agitur
dei prouidencia disponente / et secundum

Quid fatum

hec diffinitio a boetio in libro de consolatione: fatum est rebus mobilibus inherens dispositio per quam providentia suis queque nectit ordinibus. Vel sic fatum est eorum que divina simplicitas gerenda disposuit mobilis nexus atque ordo temporalis / et sic sumptum aliquid est fatum. Et ideo

Quod tria sunt genera dispositionum in hominibus

notandum quod tria sunt genera dispositionum in hominibus / Sunt enim quedam que ita pure sunt naturales quod non subsunt libero arbitrio / sicut si aliquis sit longus vel brevis albus vel niger / et in hiis bene possunt positiones syderum. Sunt etiam alie que licet sint naturales in hiis tamen potest virtus liberi arbitrii / sicut sanitas vel egritudo / potest enim per liberum arbitrium adiuvari et regi natura / et in hiis etiam possunt positiones syderum in quantum sunt naturales. Sunt preter has alie que non sunt naturales sed subsunt libero arbitrio / vel ipsis hominibus vel quibusdam spiritibus / vel etiam cause prime / ut quod aliquis sit fur hoc subest voluntati hominis vel etiam maligno spiritui suggerenti et non necessitanti / Sed quod aliquis sit religiosus / hoc non subest sub nature sed voluntati dei gratiam infundentis et in hiis simpliciter loquendo non habet posse virtus positionis syderum.

Quandoque dicitur fatum id est dei necessitate aliquid fieri et secundum hoc fatum nichil est ~~ut dicit Gregorius~~. Absit a fidelium cordibus ut fatum aliquid esse credant / vitam quippe hominum solus qui creavit conditor administrat.

Contra hunc errorem dictum est super de ydolatria stellarum.

22 Quid fortuna

Fortunam describit Epycurus / sic fortuna est casualis eventus rerum nullo previas ordine sed casu fortuito repentinus. Quod autem nichil sit fortuna et quod omnia regantur divina providentia et non casu

24 Quod providentia dei et non a casu reguntur

patet ~~Eccl. xxiiii~~ Ego sapientia ab ore altissimi prodii ~~et Sap. viii~~. Attingit a fine usque ad finem fortiter et disponit omnia suaviter. Et per dicta patet contra illos qui dicunt quod omnia contingunt casu. Item in ... ordinatissima / contra illos qui dicunt quod omnia contingunt de necessitate quia prescita sunt a deo / Sed quod nondum prescita est infallibiliter / vel infallibiliter

26 Quod dei prescientia non imponit rebus necessitatem

prescit ipsa contingentia sicut ipsa possunt non esse / et est necessitas ex parte scientie et non ex parte rei scite nec prescientia imponit rebus necessitatem ~~Augustinus~~. Idem futurum est cum ad divinam voluntatem refertur cum vero in natura sui pendet liberum est et absolutum. Idem sicut mea memoria non cogit fuisse quod preteritum est / sic nec dei prescientia quod futura sunt ut fiant. Unde

27 Quod necessitas est absoluta et conditionalis

sciendum quod est necessitas ut eorum que habent causam determinatam immutabilem ut solem oriri cras et hec est necessitas simpliciter. Item est necessitas conditionalis et hec est duplex quedam vel cum conditione ut te sedere necessarium est. non tamen est necessarium simpliciter te sedere. Vel aliter

28 Quod necessitas consequentis et consequentie

distinguitur quod est necessitas consequentis et necessitas consequentie. Cum ergo dicitur si deus prescivit hoc necessario eveniet / si necessitas refertur ad consequentiam vera est / hec enim consequentia necessaria est deus prescit hoc ergo hoc eveniet / si autem necessitas refertur ad consequens falsa est. Item est necessitas antecedens que est causa presupponens ordinationem causarum rei / sicut necesse est solem oriri cras / et necessitas sequens rei positionem ut cum dicitur te sedere dum sedes est necessaria / sicut dicit Anshelmus

29 ¶ Quare necessitas est sic aeque secundum quid.

30 ¶ Qualiter potest intelligi de re vel de dicto vel secundum compositionem vel divisionem

in libro de concordia prescientie et
liberi arbitrii. Prima est necessitas
simpliciter 2a est necessitas in sequendo
et 2m quod ut si est prescitum necesse
est esse prescitum, et si est futurum
necesse est esse futurum. Cum ante
dicimus si deus prescit aliquid
illud est necessario futurum non as-
serimus rem esse de necessitate futuram
sed rem futuram de necessitate esse fu-
turam. Idem enim est sensus dicere
prescit aliquid esse futurum et prescitum
i. quod esse futurum, et ideo cum prescia
dicuntur in ordine et relative ad
futurum, amoto uno relativorum
amovetur reliquum et eo ipso quod
ponitur non evenire, ponitur non
prescitum fuisse. ¶ Potest etiam dici
quod potest intelligi de re vel de dicto
vel compositionem et divisionem potest
enim predicatum attribui subiecto
cum forma vel ratione suppositi
tamen sicut enim album manens
album non potest esse nigrum, sic prescitum
tamen in quantum prescitum non potest
non evenire, et sicut illud quod
est album potest esse nigrum sic id
quod est prescitum ¶ Item potest dici
quod deus providet res quales
future sunt, si necessarie providet eas
in necessitate. Si contingentes provi-
det eas in contingentia unde si
providet contingens futurum contingens
est deum providisse id. ¶ Et nota
in peccato. ergo ut medicina videtur
morbo ex eo contrario ut omnino
dives deus omnino pauper efficeretur
Et sicut adam per furtum vel per
rapinam factus est dives cum non
fuerit / Sic oportuit quod deus fieret
quasi pauper. cum omnia possideret
psalmi xxiiii. E. qui dives cum nichil
habeat / et e contrario pauper cum tantis
diviciis sit / Item scitis gratiam
domini ihesu. quia propter nos egenus 7
factus est. cum esset dives. 2a cor
viii. Item inobedientia primorum parentum
fuit inobedientia eius qui tenebatur
obedire omnino qui non habuit
quem adequatum sibi in obe
diencia eius qui nullo modo
tenebatur obedire / hic autem erat
solus deus / Item quia inobedientia
emendanda fuit per obedienciam
aut creatoris aut creature / sed quelibet
creatura toto posse suo in omnibus
per preceptum tenebatur obedire creatori
suo racione creacionis / ergo per nullius
creature obedienciam emendari potuit
illa inobedientia / quia quantumcumque
obediret non solveret nisi proprium
debitum / ergo ex necessitate emendanda
fuit per obedienciam creatoris / Necesse
igitur fuit creatorem fieri obedientem
tamen obediens / quod esset emenda
et satisfactio transgressionis contrarie
et quod ut medicina morbum su
peraret / de qua apostolus phil. 2o.

Qui obed. prius obediendi

R

Semetipm exinanivit formam s
Item qnia illud peccatum tale fuit q
oio subditus legi oio se liberum
gessit necce fuit ut satisfactio et
medicina talis esset quia oio lib
a lege subditum legi oio se ge
ret / nullus aut erat talis nisi
creator / cultorem igit oportz fieri
oio legi subditum / de q̄ ad Gal. 4.
ipse in fine. Gal 4. postquam venit
5 plenitudo temporis misit deus filiu
suum et cetera / predicta patz quare deus
non assumpsit angelicam naturam sed
humanam in qua nomine homo sic
contemperatus est veli ut divinitate
suscipet quis et virum excludet ve
tustatis / licet aut dei una solo
1 nutu et imperio posse hoiem repa
re tamen ne dyabolus posset dedi
potencia quasi iniusti conqueri deus
contra ipm noluit uti virtute
potencie sed iusticie racione, ut aut
dicit ¶ Rubrica Contra illos qui
negant xpm esse deum et contra
illos qui dicunt xpm puram esse

8 Unigenitus dei filius creaturam
verus homo factus est Contra
iudeos et sarracenos et hereticos
qui negant xpm esse deum dicentes
esse impossibile q simplex sit q
inmortale mortale, q etiam sit
temporale ut eternum. sed deus est simplex
homo non compositum, deus inmor
talis / homo vero mortalis, deus eternus
homo temporalis. ergo impossibile vi
detur q deus fiat homo / Unde
q 2m ampium ne et 2m amplis in
fidores erat impossibile. sed apud
deum possibile. luc 1 Quia non
erit impossibile apud deum omne
verbum / Et ideo potuit humanam
naturam assumere, non deserendo divinitatem
et sic fit deus homo / verbum caro
verbum in finis et non finis / simplex
compositum / eternum temporale impassibile
passibile / inmortale mortale /
¶ Rubrica quod xpus fuit verus deus
probatur auctoritatibus veteris et novi testamenti

Unigenitus dei filius verus ho 9
factus est / contra illos qui dicunt
xpm esse puram creaturam
contra quos omnes fere auctoritates
novi testamenti et veteris, q fuit deus
et homo Baruch 3o c. hic est deus
noster et non estimabitur alius absque
hic ad invenit omnem viam
discipline et tradidit illam iacob
puero suo et israel dilecto suo / post
hec in terris visus est et cum hominibus
conversatus est / Ps. deus noster ma
nifeste veniet Item Ps. deus
in domibus eius cognoscetur et re
vera cognitus fuit illis tempore
nativitatis in presepe, et nunc a ascensione
et ibidem conversatus ut testamentum
continet Item Ps. homo natus
est in ea et ipse fundavit eam
altissimus Ad idem facit totus Ps.
deus iudicium tuum regi da / It
Ps. veritas de terra orta est Item
terra nostra dabit fructum suum
hec terra est beata maria Item Amos
4o prepara te in occursum dei
tui et Item Mychee v. a. Tu
bethleem effrata Et infra
ex te egredietur qui regat populum
meum israel et egressus eius ab initio
a diebus eternitatis / Item Isaie ix
vocabitur nomen eius admirabilis
consiliarius deus fortis pater
futuri seculi princeps pacis / Item
Isaie 2o Ecce virgo concipiet
et pariet filium et vocabitur nomen eius
emanuel i. nobiscum deus Math.
1o hic est deus manens in na
tura Isaia xxv. d. et dicet in die
illa ecce deus deus noster iste, ex
spectavimus eum et salvabit nos
Item Isa. xl. et lii. videbit omnis
caro salutare dei nostri Item Isaie
xxxv. deus ipse veniet et sal
vabit nos Item luc 1. Redemp
tor tuus sanctus israel deus omnis terre
vocabitur Item Math. 1o Et luce
1o Tit. 2o expectantes beatam
spem et adventum glorie magni dei

Item ibidem apparuit benignitas
salvatoris nostri ihesu christi. Item hebr.
pe ubi introducit pater loquens
ad filium Thronus tuus deus in
seculum seculi virga equitatis
virga regni tui. Postea de humanitate
eius loquens subiungit dilexisti
iusticiam &c. Item de deitate
subiungit et tu in principio domine terram
fundasti et opera manuum tuarum sunt
celi. Actuum x. verbum suum misit
filiis israel annuncians pacem per
ihesum christum hic est omnium deus. Item
prima Johannis 2o. In hoc cognovimus
caritatem dei quia animam suam po-
suit pro nobis. Item v. eiusdem in
fine. Filius dei venit et dedit
nobis ut cognoscamus verum deum
et simus in vero filio eius, hic est
verus deus et vita eterna.

Rubrica contra illos qui dicunt
christum non fuisse verum hominem

10 Verus homo fuit contra illos
qui dicunt christum non fuisse
hominem verum sed fantasti-
cum ut in prima manichei ex-
tra de ce. mi. Inquadam. Isti heretici
christum non deum sed angelum con-
tenderunt et eius corpus dicunt vege-
tatum ab angelo quem deus mi-
sit in mundum contra quos hebr. 2o
per totum c. Cum non dixit aliquando
angelorum &c. Ergo fuerunt vera
membra patet math. xxvi. Item mr. 2o
defuncti enim sunt qui querebant
animam pueri. Item math. xx
filius enim hominis venit dare
animam suam &c. Item Joh. x.o
animam meam pono pro ovibus meis.
Item Joh. xii. Nunc anima mea
turbata est. Ex quibus patet quod
dictis sunt christo per naturam non angelica
nam tunc deus et angelus absque
passionibus sunt immunes. Item

Rubrica contra illos qui dicunt
christum non esse aliquid secundum quod homo

11 Verus homo fuit, est contra
illos qui dicunt christum non esse
aliquid 2m quod homo, quibus unde
expressius hereticos cum christus adidem
etiam nota quod sic proposito secundum
quod nomen gerundium, vel proprietate
nature divine vel humane, aliquam uni-
tatem persone, alias hereticum alias catholicum
quod diligenter est attendendum cum
sermo occurrit dextro. Item quod dicit

Rubrica. Contra illos qui christum
fuisse non deum in veritate sed hominem
in fantasia apparuisse et quibus
in initium et qualiter ridendum

12 Unigenitus dei filius verus
homo fuit, est contra appellitas
qui dicunt christum non deum in veritate
sed hominem in fantasia apparuisse
adque induunt Ro. viii. misit
filium suum in similitudinem carnis peccati
ergo nichil est id tamen est simile
ergo christus non erat verus homo.
Unde non dicitur quod non fuerit carne
humanam sed quod habuit similitudinem
carnis peccati per passibilitatem et mor-
talitatem quia debuit per omnia fratribus
assimilari hebr. 2o c. Item idem
philipp. 2o. Habitu inventus ut homo
unde quod ut re expressum est veritatis
simile Joh. 1o. Vidimus gloriam
eius &c. Cum autem christus sit veritas 13
Joh. xiiii.o Ego sum via veritas &c.
Non est visibile eum falsitate humana
nec homines decepisse. Item cum sit
verus mundi redemptor Thyt. 2o. Qui
dedit semetipsum pro nobis ut nos
redimeret ab omni iniquitate, sed
precium solvitur pretium vero pena erat
qua debebat genus humanum, ergo
verum penam sustinuit, ergo habuit
verum corpus. Non est enim verisimile
quod redimendo genus humanum falsa
moneta solvit. Adidem Joh.
xviii.o Ego in hoc natus sum et ad hoc
veni in mundum ut testimonium perhibeam
veritati.

Rubrica contra illos qui
dicunt quod christus non est verus homo nec filius hominis

14 Verus homo fuit est contra illos
qui dicunt quod christus non est ve-
rus homo, nec filius hominis

R

decimbz. xxiiii. q. iii. Quida/ Cot'
quos dicit math' p° lib' g'nacois
hos duos pmisit/ quia ingtis
ei sunt pmissio dem carnatone
de abrahe Gen. xviii. xxviii. In
semine tuo bndicet' oms gentes
4 dauid ps. Defructu ventris tui
d'omne pr'x... ... 3°   ... ¶ Et no' q matheus ponit
sex ordines psonaz aquib; x° ex
traxit ongine sedm carnem
sz priarchas pphas reges pnci
pes pastores et duces/ Abra
ham priartha/ dauid pheta
Salomon pnceps rex
Judas pastor zorobabel dux
Item mt. xvi. Que dut hoies
ee filiu hominis/ mt. xx. Ecce as
cedimus irlima 4 filius hominis tr'
Item mt. viii. dixit ihus disci
pulis suis filius hois tradet'
in manus pctoz & occidet eum
& die tcia resurgz Item luce 2°
descendes venit nazareth et
erat subditus parentibz suis Et
Ihus pficiebat etate et sapia
coram deo et hominibz Ite luc. xix.
5   Venit filius hominis saluu facere
d' xpo d' filius hominis   q pierat/ xpus ppha d'r filius
hominis/ qr humana ni ipo
pute seminerat pptm iux° re
nouata qr ad innectur robur
refloruit et instu ut ppatre d'
cepto ac debili filius callidior
robore cont'a tyrannum pugnaret
& ut eius victoria nisi sibi sz
perpe pquo pugnauerat adscri
beret valet/ & eo filius di volint
fi' filius hominis ut id dehoie
sumeret i quo homo phoie dyam
superaret ¶ Item q x° fuit verus
homo pbat' luc. xxiiii. videte
manus meas & pedes meos qr
ego ipse sum palpate & videte
quia spus carne et ossa non
ht Item p° Joh. 4° ois spe
qui confitet' ihm xpm in carne
venisse ex deo est/ qui no' conf'
dicit ex deo n e/ sz est antixps
Item in 2a qui no confite' ihm
xpm in carne venisse/ hic est
seductor et antixps Item cont'
eos qui expsserunt q sequit'
¶ Rubrica cont' illos qui dicunt
no esse aiam q sit ens d'z rone
d'aia sup' ut ibi capl'o Ex corpe   / ff. 99.
Ex anima ronali et spiritu   1a
et humana carne/ Cont' illos
qui dicunt no esse animas
q aut anima sit eid'z rone
qr cu qdam corpeasit/ que no
nutrit' nec augmentat' nec ge
nerat' nec mouet' motu vo
luntario ut lapides ¶ Et sunt
alia corpa q nutrit' augmentat'
& generat sibi silia ut plante
Et sunt alia q sentiu't & mouet'
voluntarie ut aialia/ et itm
alia que sentiunt & mouet' motu
voluntario 2m rone ut hoies/ re
linquit' igr' ut essentia corpit
pnm ad actonu harz pt' corpo
reitate quia sicut pnm coz
esset corpeitas/ in veniret' tunc
in omnibus corpibz. cu g° id
a quo iste actones emanat d'
cat' aia/ ab omnibz pz q aia e
¶ ptea videmus actones i quibz
q veniunt vegetabilia et aialia
& hoies tm/ sicut sunt nutrire &
g'nare & actones i quibz g vei
unt aialia & hoies i quibz no
co veniunt vegetabilia ut sentire
et ymaginari & mouei volun
tarie/ et actones q sunt ppe homi
sicut ronari intellige' disting'e
in t' bonu et malu ad inveniren
actus & consiliari et delibare et
elige/ Erit g° in vegetabilibus
pnm nutrimenti & g'nacois/ quod
quidem pnm dicimus aiam ve
getabile/ i aialibz v'o pnm sen
ciendi ymaginandi et mouendi

secundum appetitum quod dicitur anima
sensibilis in hominibus aut potentiam
ratiocinandi et intelligendi etc. quod
dicitur anima rationalis patet ergo quod anima
vegetabilis est sensibilis et
rationalis. Item Augustinus libro de anima
et spiritu. Nichil est quod tam novit
anima quam illud quod sibi presto
est, sed nec menti nec anime
quid quam magis presto est quam ipsa
sibi, ergo nichil novit quam se.
Cogitet enim se unde meminisse
velle cogitare scire et cetera impossibile
est quod anima ignoret se esse
ergo anima est. Ad sciendum autem
quid sit anima secundum diffinitionem sciendum
notandum quod substantia creata quedam
est spiritus et non anima, sicut angelus
quedam anima et non spiritus
ut anima sensibilis in brutis, vegeta-
bilis in plantis, quedam anima et
spiritus ut anima rationalis que spiritus
per naturam rationabilitatis per quam sepa-
bilis est a corpore et separata ma-
net ut angelus, anima vero est
per naturam unibilitatis cum corpore per
quam corpus animando vivificat.
Quedam vero substantia est nec spiritus
nec anima nec corpus sed alia creata
substantia. Diffinitur autem anima rationalis
aliquando ut spiritus, aliquando ut anima
aliquando ut spiritus et anima. Ut spiritus
diffinitur sic secundum ysaac. Anima est substantia
incorporea intellectualis illuminationum
que sibi a primo ultima relatione percepta.
Receptio luminis duplex est, una quidem
ad primum esse que connaturalis est ipsi
essentie rei ut in igne qui lumine
recepit cum suo primo esse et ideo
est ei naturale et coevum, alia quantum
ad secundum esse quod dicitur bene esse quod
non est connaturale et coevum ut re-
ceptio luminis in aere, prius est enim
esse aeris et post recipere lumen.
Angelica vero anima prima relatione

recipit illuminationem a primo lumine deo
et propter hoc statim cum fuerint an-
geli illuminati fuit et intellexerunt
Anima vero rationalis secunda relatione
et propter hoc anima quam cito est non
intelligit, sed debet mediantibus in-
telligibilibus et ideo bene dicit illumina-
tionum que sibi a primo ultima relatione
percepta. Ut anima diffinitur duplex 20 De diffinitione
quia dicitur comparatur et unitur corpori
scilicet ut motor mobili et ut nauta
navi. Et secundum hoc diffinitur sic a
Remigio. Anima est substantia incorporea
regens corpus, quia ipsa sedens
corpori iungitur ut rex regno suo
quod gubernare debet et ad instar
imperatoris etiam movere et per hoc
sibi et corpori mereri et propter hoc dicitur
regens corpus. Comparatur etiam
corpori et unitur ut actus et perfectio
ipsius et forma, secundum quod diffinitur
ab Aristotele in libro de anima. Anima est
primus actus sive perfectio corporis
phisici organici potentia vitam
habentis. Hec vero communis est anime
vegetabili sensibili et rationali et quidem
est anima secundum corpori unibilis. 21 De diffinitione perfectione
Sciendum ergo quod actus primus dicitur
rei perfectio. Duplex est autem
perfectio, una secundum habitum quem
admodum nos dicimus puerum
perfectum rationabiliter et secundum communem actum
secundum usum sicut dicimus virum
perfectum rationabiliter quia potest uti 22 De dupla
ratione. Similiter distinguitur duplex
esse et duplex actus essendi,
secundum habitum et secundum usum actus sive
perfectionem, secundum habitum est primus actus
perfectio, secundum usum est actus secundus.
Cum ergo anima sit perfectio et forma
et actus corporis, est actus primus
et non secundus, cum autem sit actus
debet communicari cum dicitur corporis, sed quia
corpus est artificiale ut statua
et domus et naturale sive phisicum
est anima actus corporis phisici non

18 De qualiter differt anima rationalis ut spiritus

19 De dupla receptione luminis

artificialis et quia physicum vel naturale corpus est non habens vitam in potentia ut lapis et ignis, et est corpus physicum potentia vitam habens ut corpus plante vel animalis vel hominis. Est anima actus primus ~~hominis~~ corporis physici potentia vitam habentis. Secundum quia corpus naturale potentia vitam habens quoddam est imperfectum et ideo actum anime incongruum, sicut semen et partus non formatus, et corpus naturale potentia vitam habens perfectum et actum anime congruum et tale organicum est, secundum alia actus primus corporis physici organici potentia vitam habentis. Corpus physicum organicum id est instrumentale est corpus quod anima ipsa fabricavit et aptavit ad operationes ita ut hec ipsa aptitudo extrinseca eiusdem appareat, sicut manus ad operandum, pedes ad gressus, lingua et labia ad formandas voces.

3 ¶ [...]a differt [...]a racionalis [...] a corpore

Ut spiritus et anima differunt quadrupliciter. Uno modo per comparacionem ad creaturas generaliter, sic ab ~~Augustino~~ anima est omnium similitudo. Quia ut dicit ~~Augustinus~~ in libro de diffinicione spiritus et anime: anima ad similitudinem totius sapientie facta in se omnium gerit similitudinem, quia similis est lapidibus per essenciam, arboribus per vitam, animalibus per sensum et ymaginacionem, hominibus per racionem, angelis per intellectum, deo per intelligenciam. Item similis est terre per sensum, aque per ymaginem, aeri per racionem, firmamento per intellectum, celo celorum per intelligenciam. Item differt per comparacionem ad corpus cuius est perfectio ab ~~Augustino~~ sic: Anima est substantia quedam racionis particeps regendo corpori accomodata, quia quedam anima est substantia regendo corpori accomodata sed non separabilis, ymmo cum corpore corrumpitur sicut vegetabilis et sensibilis in plantis et brutis, et ideo non est substancia quedam id est per se subsistens quia

non manet si separetur, sed racionalis anima in se subsistit cum a corpore separata est substantia quedam. Item est substantia quedam tota et perfecta non aliunde dependens racionis ut deus, et ideo non racionis particeps, sed tota capiens racionem, sed quia iterum est substantia quedam racionis particeps ut angelus, sed corpori vivificando et sustentando et movendo non est accomodata, et anima racionalis substantia quedam racionis particeps regendo corpori accomodata.

¶ Et tamen natura anime racionalis duplex: spiritualitatis, secundum quam spiritus esse dicitur substantia quedam racionis particeps. Item unibilitatis, secundum quam dicitur anima et distinguitur ab angelo et propter hoc additur regendo corpori accomodata. 20 ¶ De duplici natura anime racionalis

Alio modo differt per comparacionem ad deum tribus supradictis, quia vel in relacione ad deum ut ad principium, vel in relacione ad deum ut ad finem, vel relacione ad deum ut ad premium. Sic diffinitur: Anima est deiforme spiraculum vite. Deiforme dicitur ad differenciam anime racionalis, spiraculum vite ad differenciam angelice nature. Primum ad naturam spiritus pertinet, secundum ad naturam anime. Et tanguntur tres nature anime racionalis: secundum quod deiforme dicitur racionalis, secundum quod dicitur spiraculum sensibilis, secundum quod dicitur vite vegetabilis. 21 ¶ Qualiter anima est similis deo

Sumitur autem hec diffinicio quantum ad hoc quod dicitur spiraculum vite ex ~~Genesis 2o~~ formavit deus hominem de limo terre et inspiravit in faciem eius spiraculum vite. Quantum ad hoc quod dicitur deiforme ex Genesi primo: faciamus hominem ad ymaginem et similitudinem nostram. Anima similis est deo, quia sicut deus precessit omnem creaturam, sic etiam omnes creaturas corpoream dignitate nature. Item sicut in deo est trinitas personarum in unitate substantie sic tamen

tinuis perpetuitatem in vna substancia anime
Item sicut deus inuisibilis replet
et regit mundum / sic et anima corpus
licet circumscribatur corpore anima non
tamen deus in mundo Item
sicut deus immortalis ita et anima

26 ¶ De vocabulis anime

¶ Item secundum Augustinum / est anima spiritus
intellectualis racionalis semper viuens
semper in motu bone maleque vo
luntatis capax secundum benignitatem
creatoris / atque sui operis effectum
variis nuncupatur vocabulis / dici
tur anima dum vegetat / spiritus dum
contemplatur / sensus dum sentit
/ animus dum sapit / mens dum
intelligit / racio dum discernit / me
moria dum recordatur / voluntas
dum vult / Ista tamen non differunt
in substancia licet nomina sint diuersa quia
omnia ista vna anima est / proprieta
tes quidem diuerse sunt secundum vero essenciam

27 ¶ Que differencia inter spiritum et animam

¶ In spiritu tamen et anima potest esse
differencia / quia omnis anima spiritus / sed
non omnis spiritus anima / Omnis autem
anima est spiritualis res nichil ha
bens mixtum terreni nichil humidum
nec aereum / nichil igneum nullum
habens colorem . non figuram nec pondus
nullo loco continetur / nec membris
circumscribitur / nec spacio finitur sed ita

28 est cogitanda et intelligenda
sicut supra inuisibilia et terrestria a viuentes
ab omnipotente creatore ¶ Item differt
in racione ad eum ut ad finem et
diffinita est a Seneca Anima est
spiritus intellectualis in se et in corpore
ad beatitudinem ordinatus / et an
gelus est spiritus intellectualis io
addi in se et in corpore et / Et si
cut angelus ordinatur ad beati
tudinem . non tamen in corpore
¶ Item secundum Ysidorum Anima
est substancia incorporea intellectualis
racionalis inuisibilis immortalis
hominibus ignota hoc est occulta origine
nichil habens terreni mixta ad mix

¶ Quid anima

tum ¶ Item ex dictis Richardi
Anima est intus inuisibilis simplex
in essencia multiplex in efficacia
sui ipsius / conscia perpetua et indissolubilis
Item anima est vita viuificans
corporis per oculos aures pallatum nares 29

¶ Attende anime potencias naturales ¶ de potenciis anime naturalibus
et corporis efficacias inuisibiles mouet
manens immota / apprehendit
visibilia et inuisibilia / Vis ymagi 30 ¶ De vi ymaginaria
natiua format et pingit
in imaginacione edificat destruit reparat
et cumit / Vis racionalis de singulis 31 ¶ De vi ...
discernit in veniet iudicat distinguit
¶ Vis memorialis in finita repo
sita profert et sunt ¶ Liberum arbitrium
tantam auctem imperat quod quod
arbitrium nolle facit Dilectus non
vult ipsum cogere ad non potest i
telligencia vero celestia et diuina
spectacula sub liminis conspicit
acute penetrat clare cognoscit
tamen in vbis quod spiritus in fluit 32
¶ Item affectio tota appetit et tota ¶ De affectu
delectatur tamen inflatur monetur spe
timore gaudio tristicia in ymis
mediis et summis secundum apicem
deo vnibilis ¶ Item anima est spiritus
inuisibilis . corporis vehiculum natura
appetens vegetaciue / quia anime
natura inuisibilis est . ideo in corpore
inuisibiliter mouet / et de corpore
inuisibiliter egreditur / oculo corporis cor
poralia videt oculo mentis spiritualia
et corporalium similitudines intuetur

¶ Rubrica de dignitate anime contra
illos qui animam vilipendunt

Ex anima Anima est insignita 33
dei ymagine decorata simili
tudine / desponsata fide / do
tata spiritu / redempta sanguine /
deputata cum angelis / capax
beatitudinis / heres bonitatis / particeps racio
nalitate dignitatis est anima / quod
ad eius redempcionem / non potuit
sufficere totus mundus / et ideo
redempta est non ex corruptibilibus /
auro et argento / sed precioso sanguine
ihesu christi ~~pe Petri p^o~~ ¶ Contra eos qui contra
illos qui suas animas vilipendunt

qui pro nichilo scilicet peccato eius do
nat / qui anime sue carnem p
ponit / qui carnem suam dena
rii / et [illegible] ancillari / qui precio
sis rebus carnem impinguat
et ornat / quam cito vermes devo
raturi sunt in sepulchro / et de
anima non curat quam tenetur
bonis operibus adornare ut in
celis posset deo et angelis pre
sentari / ¶ Quia ergo continuator
dabit homo pro anima sua ait [illegible] q.
[illegible] viij q. fudit christus sanguinem
suum fundat homo et suum cottidiana
afflictione corporis et si non potest
simul et semel totum fundere ut
christi martires saltem perpetua
quodam longiori martirio se
pe fundat / sic latius vteris in longum
attendens quod velit spiritus non qua
tiens juxta illud nos amat plus
amet in extremis confessor iste
sustinens imitatione fundens sanguinem

¶ Rubrica de tribus viribus anime
et ad quid abilis sit per singulas

33 Ex parte anime anima est racionabilis
concupiscibilis irascibilis / per con
cupiscibilitatem appetit / per irascibi
litatem contempnit / per racionabilitatem
inter utrumque discernit / per racionabilitatem
est abilis ad cognoscendum supra se
infra se / in se / et iuxta se / cognoscit
enim deum supra se, et se in se, et
angelum iuxta se, et quicquid quod
celi ambitu continetur infra se /
per concupiscibilitatem et irascibilitatem
abilis est efficax ad aliquid
appetendum vel fugiendum / aman
dum vel odiendum / et ex racionabilitate
omnes sensus anime oriuntur et sic de
aliis omnibus affectibus / ¶ Affectus
vero quadripertitus est dum de eo
quod amamus iam gaudemus vel
gaudere speramus, et ideo quod odimus
iam ~~odimus~~ dolemus vel dolendum
metuimus et ob hoc de concupiscibilitate
gaudium et spes, de irascibilitate
metus et dolor oritur / qui quidem

34 ¶ De quadripartito affectu

quatuor affectus anime sunt omnium
viciorum et virtutum generalia quedam
principia / et communis materia / ¶ Affectus
enim omni operi nomen imponit
et quia virtus est status mentis
bene disposite componendi et disponendi
atque ordinandi sunt anime affectus
ad id quod debet et quo debent
ut in virtutes possint proficere
alioquin in vicia cito cadet / Cum
ergo prudenter fortiter modeste
et iuste amor et odium instituuntur
in virtutes exsurgunt prudenciam
scilicet fortitudinem temperanciam atque
iusticiam quasi origines et cardi
nes sunt omnium virtutum. Et
omnia cum affectuose ac vehe
menter in anima instituuntur / per odium
mundi et sui proficit in amore
dei et proximi, per contemptum tempora
lium et [illegible] crescit in desiderium
eternorum et superiorum / ¶ Item sunt anime
virtutes sacramentales scilicet fidem spe
et sacramentum baptismi et prime
tercia quibus conformatur deo / ¶ Item sunt
virtutes et quibus coniungitur deo
et quibus proficit ut est humilitas
puritas caritas etc / ¶ Item sunt
vires quibus corpori commiscetur
scilicet naturalem vitalem et animalem
Et sicut deus trinus et unus
verus et perfectus, omnia tenet /
omnia implet / omnia sustinet / omnia
superexcedit / et circumplectitur / sic anima
istis viribus per totum corpus dif
funditur non locali distinctione
sed vitali animacione / ¶ Naturalis quadri
pertita est scilicet in appetitivam
retentivam expulsivam et distri
butivam / appetitiva quod naturalia
sunt corpori appetit / retentiva
suscepta retinet donec de illis dige
stio fiat / expulsiva nociva et
superflua expellit / distributiva
cibos membris distribuit prout cuique
expedit / ¶ Vis vitalis est in cor
de / vis animalis in cerebro et inde
vigere facit quinque corporis sensus et

36 ¶ Qualiter ordinandi sunt affectus anime ut proficiant in virtutes

¶ Quid virtus

37 ¶ Que sunt virtutes anime sacramentales

38 ¶ Que sunt virtutes quibus anima coniungitur deo

39 ¶ Que sunt vires quibus corpori commiscetur

40 ¶ Qualiter naturalis est quadripertita

41 ¶ Ubi est vitalis et vis animalis

R

Rubrica que exiguntur ad esse hominis contra varios errores de assumpcione nature humane in xpo

92 Ex anima rationali et humana carne compositus. Nam ad esse hominis exiguntur corpus et anima, ex quorum coniunctione verus homo subsistit, ex. decemi. Inquantum humile dei ser. dis. p. hoc est quod diximus. Contra Valentinianos, qui dicunt xpm de virgine nichil corporis assumpsisse, sed per eam quasi per fistulam transisse. Et contra illos qui dicunt xpm corpus celeste assumpsisse ex beata maria et beatam mariam in celo. Ad quod inducunt primo cor. xv. Quod in de terra terrenus qui de celo celestis, tamquam ut dicunt sic corpus ade de terra plasmatum sic corpus xpi de celo formatum. Ad quod etiam inducunt quod ewangeliste non texunt generationem marie, quia non inveniebat aliquibus genita esse, et hoc ideo quia non erat eius generationis ut dicunt Rude quod non fuit sic causa, sed quia non erat mos sacre scripture generationes per feminas texere sed per viros, preceptum erat Num. vltimo quod omnes viri ducant uxores de tribu sua et cognatione et cuncte femine maritos de eadem tribu accipiant.

93 ¶ Destructio huius erroris — Hos autem errores destruunt hec talia verba que sequuntur. Quod autem beata virgo mater nostre fuit de prelatu matre quod xpus verus homo patet Ro. primo a. qui factus ei ex semine dauid secundum carnem. Item Ro. xv. a. Ex quibus patribus xpus secundum carnem, sed ergo xpus descendit de semine dauid secundum carnem, et non descendit nisi mediante gloriosa virgine, ergo ipsa fuit de semine dauid et sic natura non celestis. Ad idem luce primo Elizabeth cognata tua et cognationem habuit ergo ex parte patris vel matris. Item Joh. xix. f. Stabat iuxta crucem filii et soror matris eius.

¶ Rubrica contra diversos errores de assumpcione nature

Ex anima humane in xpo rationali et humana carne compositus. Est contra appollinaristas et ebionitanos qui dicunt xpm corpus tantum sine anima assumpsisse. Et contra illos qui dicunt nichil nisi ex corpore et anima. Contra quos quod fuit compositus ex corpore et anima patet de anima idem filius dei ostendit Joh. x. Animam meam ego pono et iterum sumam eam. De carne luc. xxiiii. Palpate et videte quia spiritus carnem et ossa non habet sicut me videtis habere. De utroque ps. Non derelinques animam meam in inferno nec et petrus in actibus secundo prudenter loquitur de xpo quod neque derelicta est anima eius in inferno nec caro eius vidit corruptionem. 94

Item quod dispositiones et condiciones carnis et anime humane assumpserit scilicet passibilitatem et mortalitatem et huiusmodi sacre scripture testimoniis plene patet. Ps. Repleta est malis anima mea, et quia cepit tedere et pavere Math. xxvi. Item fatigatus fuit ex itinere Joh. iiii. Item esuriuit cum ieiunasset xl. diebus et xl. noctibus. Item dormiuit Mat. viii. Item lacrimatus est Joh. xi. et hebr. v. Fleuit etiam super civitatem ierusalem luc. xix. f. Item spuit in terram et fecit lutum et liniuit oculos ceci Joh. ix. It circumcisus est luc. 2o. Item crucifixus est Math. xxvii. Mar. xv. luc. xxiii. Joh. xix. Act. xi. Item per experientiam sensuum patet quia manducauit et bibit vere ut verus homo luc. xxiiii et xxiiii. a. Act. xi. c. et Mar. ii. d. Item Joh. v. petit a samaritana bibere. Item Actuum primo et quesitus 95

¶ Anima xpi assumpta in xpo

precepit eis ab ierusalem ne discederent etc. Item
Petrus dixit Actuum x. Dedit
eum manifestum fieri nobis qui man-
ducavimus et bibimus cum illo post. Joh.
1o. Quod audivimus et vidimus ocu-
lis nostris et manus nostre contrecta-
verunt de verbo vite etc. Luc. vii. Venit
filius hominis manducans et bibens.
Item quod manducaverit carnes agni
xxvi. Luc. xxii. Euntes parate
nobis pascha ut manducemus
Item in eodem Desiderio desideravi
hoc pascha etc. Item quod man-
ducavit post resurrectionem Luc. xxiiii.
Obtulerunt ei partem piscis assi
et favum mellis et cum manducasset
coram eis sumens reliquias dedit eis. Item Joh.
xxi. Afferte de piscibus quos pre-
hendistis ~~Et infra~~ Cum prandissent
dicit ihesus symoni petro Item
Actuum 1o Et convescens precepit eis
etc. ¶ Anshelmus suscepit christus
nostram in exordio humanitatis infancie
vagitibus de mollitia, puericie
pannis astrictam, iuventutis sudoribus
vexatam, ieiuniis maceratam
vigiliis afflictam, itineribus fessam
post afflictam flagris, laceratam
suppliciis, deputatam cum mortuis,
dicatam cum gloria vivens ad celorum
26 gaudia duxit, et in dexteram dei
patris collocavit, Ut dei filius os-
tenderet se veram nostram hominis as-
sumpsisse, suscepit defectus corporis
famem sitim et huiusmodi, et defectus
anime tristitiam timorem dolorem
et huiusmodi, Non tamen suscepit omnes
quia defectus culpe, nec omnes
defectus pene, sed illos quos adoptionis
hominis ei assumere conveniebat
et sue dignitati non derogabat
Sunt enim egritudinum genera et
27 corporis vitia quibus sunt in nobis
¶ Veros defectus habuit quos et nos
sed non ex eadem causa, quos nos ex
peccato originali et ex condicione
corruptionis humane, christus

[margin, red: Quos defectus suscepit dei filius]

[margin, red: Quos defectus et quos non ex causa]

vero ex sua pietate misericordi-
ter quod in se transtulit veram nostram
infirmitatem. Unde Ambrosius ut homo
habuit tristitiam quam in eo sus-
cepit affectum, in compatiens michi
tristis est, michi dolet, ergo pro
me et in me doluit qui pro se
nichil habuit quod doleret, Doles igitur
domine ihesu mea vulnera non tua
quia tu non pro te, sed pro me doles
¶ Ex predictis patet quod ihesus christus
assumpsit animam cum racione sua
et carne cum dispositionibus et passibili-
tatibus, per quos sustinuit veros in pane
et in passione defectus carnis
famem, sitim, fatigationem, et lacri-
mas, et dolores carnis susti-
nuit, Ex. decr. iii. Impugnanda
Non tamen sic natus est de virgine
ut deitas initium acciperet, quasi
antequam de virgine deus nasceretur
deus non fuit sicut Arthemon
et Pilinus docuerunt ¶ Ru-
brica quibus modis ponitur caro

Humana carne, Caro quandoque
ponitur pro natura ut prima Corinth.
xv. c. Alia est caro piscium 28
alia volucrum alia iumentorum
Quandoque ponitur pro persona Ysaie xl.
et lxvi. Videbit omnis caro salutare
dei nostri, Quandoque pro fragilitate Gen.
vi. Non permanebit spiritus meus
in homine quia caro est, quandoque
dicitur carnalitas prima Cor. xv.
Caro et sanguis regnum dei
non possidebunt, Quandoque humana
natura Joh. 1o Verbum caro factum est
etc. Augustinus verbum caro fiet pro vel
habitabat in nobis, sed postquam
factum est caro habitavit in nobis
non tamen peregrinum sed etiam per naturam
¶ Rubrica Contra illos qui di-
cunt beatam mariam in celo fuisse

Humana carne de creatam
gue patri, contra illos qui 29
dicunt beatam mariam fuisse
angelum et in celo fuisse creatam
sed eum deus fecisset novum c

hominem qui non esset degener a de
non pertinet ad genus humanum, quod
notum est de adam quare non
debet satisfacere pro eo cum non esset
de illo, sicut cum de adam et eva
propagatum in omnes homines sic
debuit quod illi vel qui nasceretur de
70 illis satisfaceret pro illo peccato. ¶ Et
¶ Que opera ipsi attestantur eius divinitate et que humanitatem
nota quod sicut opera xpi quedam sunt
supra naturam attestantur eius deitati
sic defectus et infirmitates omnes
que in sacra scriptura leguntur
attestantur eius humanitati. Et nota quod
xpistus qui venit omnes salvare
accepit aliquem de statu hominis
de primo statu qui fuit ante peccatum
accepit suam humanitatem sine
peccato secundum augustinum exponit illud
Joh. 3o. quod qui desursum venit
super omnes est, desursum id est de al
titudine humane nature ante peccatum
degentis altitudine, sublimum dei
assumpsit naturam humanam sine culpa
de secundo statu qui fuit post peccatum
et cum gratiam assumpsit penam et
alios defectus, de tercio plenitudinis
gratie de primo non posse peccare et dei
contemplacionem perfectam ¶ Ru
brica contra illos qui querunt
qua iusticia vel utilitate venit
filius dei in carnem
71 Humani carne dei querit qua
iusticia vel utilitate venit filius
hominis, vel filius dei in carne
Unde quod ea utilitate qua venit
medicus ad egrotum, quod liberator
ad incarceratum vel compeditum
qua sacerdos ad parrochianum
qua mediator ad iudicandas, qua
rex ad regionem domini hostes
ab obsidione castri sui, qui me
diator ad discordes, et ab uno
vadat ad alium portans pacem
Joh. xiiii. Vado et venio ad vos
Unus est enim deus mediator
dei et hominum homo xpistus ihesus

¶ Et ob hoc conquerebatur Job. quia in
tercessione hominis non habebat dicens
Unum non est qui utrosque valeat
arguere et mittere manum in ambobus
talem mediatorem requirebat iob
qui cum utroque commorans haberet parti
cipium dicens non est qui utrosque scilicet
deum et hominem possit arguere
quia solus potuit xpistus qui
iustus est ut deus et homo
cum hominibus homo ne delinquerent
arguere, et deo ne hominem feriret
obstitit et manum mediatoris mone
do temperavit et manum posuit
in ambobus quia exempla homi
nibus que imitarentur tribuit, et deo
in se opera quibus hominibus placa
retur ostendit ut deum furente
retinere potuit gladium et hominem
corripere, qui contra omnipotentem 72
peccando extulerit manum suam
ut Thimot. 2o. ¶ Item si querit
qua racione assumpsit carnem,
Unde quod ea racione qua elemosina
rius assumit cophinum ad dis
tribuendos panes pauperibus quod
redemptor scilicet cum pecunie ad redi
mendos captivos qua medicus
pixidem, vel alabastrum unguenti
ad sanandos infirmos, sed mali
pauperes cum receptis eius panibus
rapuerunt eius cophinos, furiosi
captivi occiderunt sacculum pecunie
cum tota pecunia sive redempcionis
frenetici infirmi fregerunt alaba
strum preciosi unguenti sive pixi
dem pictam solutus ipse medicus
¶ Quare deus non recreavit mun
dum verbo sicut verbo creavit
Humanum dei querit quare deus 73
non recreavit mundum verbo sicut
verbo creavit, quia dixit et
facta sunt mandavit et creata sunt
Unde, ut superbos ad humilita
tem reduceret, et ad caritatem accenderet

in mundo / Nichil .n. nos potest
adeo ad qualitatem dei accendere
quam quod proprio filio suo non pepercit
/ Item Ro. viii. f. Quia maio-
rem caritatem nemo habet quam
ut animam suam ponat pro amicis
Joh. xv. a. Item nichil magis
ad humilitatem nos invitat quam
quod deus semetipsum exinanivit
formam servi accipiens factus obe-
diens usque ad mortem Phil. 2o a.

¶ Qualiter et ex quibus compositus est

Compositus ihesus videlicet xpistus
et stabilis simplex secundum divi-
nitatem, compositus est secundum
humanitatem. quia persona xpi
constat et consistit ex deo et homine
et ideo vocatur emanuel, hoc est
nobiscum deus Ysa. vii / et est
verus homo quia omnes partes
ias veras nature et virtutem in se
continet / ex quibus compositus de se
dixit 2o. hoc est quod dicam ¶ Et nota
quod in hac compositione nulla facta est
variabilitas vel mutatio nature / sicut
enim ex anima et carne fit unus
absque nature permixtione / sic deus
factus est homo / Ita quod non divina
natura in humanam, nec humana
conversa est in divinam / et ideo ihesus
xpistus dicitur deus propter divinam
naturam / et homo propter humanam
/ Sicut homo dicitur rationalis propter
animam et mortalis propter corpus quod
solum moritur. humanitas assumpta est
in deum non consumpta / Sicut .n. deus
non mutatur miserando / ita homo non
consumitur benignitate / homo deo ac-
cessit ut esset quod non erat, non
tamen ei desiit quod erat
¶ Et nota quod maius miraculum est
deum humanam carnem assumpsisse
quam si celum et terram destrueret
et omnia iterum renovaret ¶
Si queritur quare dicitur verbum

[Left margin: ¶ Quod hac composi- / tione nulla facta / variatio nature]
[Left margin: ¶ Quare dicitur / verbum caro]

caro factum et non dicitur verbum caro
factum anima, cum homo constet
ex carne et anima presertim cum ma-
ior similitudo inter verbum et
animam quam inter verbum et car-
nem / Responde quod ideo dicitur
verbum caro factum est quia factum
ex semine david secundum carnem
Ro. i. non secundum animam quia anime
non sunt ex anima traducte sed tantum
caro / vel per synodochen verbum
dicitur caro factum .i. deus factus est 77
homo. / Si queritur utrum in compositione
huiusmodi assumpsit ignorantiam sicut
alias infirmitates / Responde quod illa
hominis assumptio a summa sapientia
facta fuit debuit sapienter / et ideo non
fuit assumenda quia nullo modo
esset utile sed valde nocivum ad
opus quod erat facturus / Quomodo
enim faceret tot et tanta opera
sine immensa sapientia / et quomodo
crederent ei homines si scirent
ipsum ignorantem / ad quid ergo
esset ei maxima ignorantia cum
igitur sint scientiam cum ipse esset
summa sapientia non ~~ei~~ cum ostendit
publice hominibus sed ex tempore revelavit
¶ Eodem modo responde si queritur utrum
assumpsit impotentiam volendi vel
agendi bonum, ut in medicina
sine corruptione peccati ¶ Rubrica

[Right margin: ¶ Quare xpistus non assumpsit / ignorantiam vel impotentiam / sine difficultate boni / agendi]

Quare xpistus proficiebat sapientia
et etate et gratia et cetera

Compositus in hac compo- 78
sitione fuit xpistus plenitudo
sapientie ac gratie in quibus pro-
ficiebat / Luce 2o g. / quia sicut
dicit Greg. / iuxta hominis naturam
proficiebat sapientia non quod ipse esset
sapientior ex tempore, qui a prima
conceptionis hora spiritu sapientie ple-
nus erat / sed eam ceteris ex tempore
demonstrabat / Iuxta hominis naturam
proficiebat etate deinde similiter ad
iuventutem proficiebat et gratia non
accipiendo quod non habebat

sed pandendo aliis donum gratie
quod habebat et sic preter ad laudem
et hominibus ad salutem proficie-
bat sapiencia et gratia. Sicut di-
latus perfecte in eum sibi cre-
dita diuinitas per eius in dextera
alii proficiant, in Christo non perfecte
recipientis spiritus sapientie testes
Ysaie xi c. ¶ Rubrica contra
illos qui aliam personam carnis
aliam faciunt deitatis in Christo

59 Una in duabus naturis
persona. Contra Nestorianos
qui beatam virginem mariam
non dei sed hominis tantum asserunt
genitricem, ut aliam personam
carnis, aliam asserunt deitatis
nec unum Christum in uerbo dei et car-
ne credunt, sed separatim atque
seiunctim alterum filium hominis predicant
alium filium dei. Hii sic dicunt et rumpunt corrigiam
calciamenti eius. hec heresis est
dampnata xv. dis. c. p°. Tam
synodus, et xvi. dis. vi. Et xx-
iiii. q. iii. Et xxiiii. q. prima Ma-
iores. Hoc etiam est contra
Euticianos qui Christum post humanam
assumptionem negant existere in duabus
naturis, licet dicant ipsum consistere
ex duabus, sed solam in eo diuinam
asserunt esse naturam in quam esse
consumptam humanam sicut gutta vini
in fusa in mari conuertitur in
mare. De ista heresi xv. dis. ca-
pitulo Et c. et xvi. dis. vi. Quota
synodus. Hoc est etiam contra
Theodorum qui dicebat alium esse
deum verbum, et alium Christum
et sanctam mariam virginem
negabat genitricem dei fu-
isse. xv. dis. sicut et xvi.
Item contra acephalistas et
theodosianos qui Eutici et
Nestorii sunt secuti errores
de quibus xxiiii. q. i. ultima et quidam.
Hos errores improbat Boecius
libro de trinitate sic: Omnis vero

60 ¶ Contra illos qui dicunt naturam humanam esse conuersam in diuinam post assumptionem humanitatis

61 Improbatio errorum

in medio rex decore collocatus con-
sistit, si quis enim ultra aut infra
eum optinuerit a virtute discedit.
Quo circa si quatuor hec non ualet preter
esse, nec in fieri nec in Christo aut
due nec duarum persone fuit ut
Nestorius ait, aut una persona
una quoque natura sicut Euticetes
dicit, aut una persona duarum nature
ut fides catholica credit, aut
unica natura due persone, quod in illius
hereticorum adhuc attigit. Restat
igitur ut ea sic vera sit quam fides
catholica pronunciat scilicet geminam
naturam sed unam esse personam ut hic
dicit. Hoc etiam patet per exempla 62
ut in candela sunt tria cera licinius
ignis. Sic in Christo persona caro
plicio anima, pigne diuinitas. Item
in nuce cortex testa nucleus.
Item in uno nucleo lagena oleum
et aqua. Item quemadmodum persona hominis
est ex duabus et in duabus naturis
una tamen persona non plures. Item
anulus sine gemma compositus est
ex duabus scilicet ex auro et gemma
composita, et utraque permanet. ne-
utra propriam derelinquit. Item
sicut aurum et argentum cum inde
fit vas aliquod non mutatur quantum
ad materiam, licet mutetur forma.
Et sicut si lana in tinguatur in
aliquo colore non mutatur ma-
teria, sic dei filius in virgine car-
nis trabea induitus assumpsit
quod non erat, nec mutatur in eo quod
ante erat. Item sicut in sole ca-
lor et splendor in uno radio sunt
inseparabiliter, tamen calor recipit fer-
vorem tamen, splendor tantum
illuminacionem et quod ad simul ad
singularia agunt, sic tantum
filius suscepit carnem quam
carnem implevit pater et spiritus
sanctus maiestate non susceptione.
Item sicut in cythara ars manus
et corda pariter operantur sed ut ars

nec manus solum reddunt sed cum
corda pariter operantur / Sic nec pater
nec spiritus sanctus susceperunt carnem
sed tamen cum filio pariter operantur / et sic
sola corda sonum emittit / sic so-
lus filius carnem suscepit ¶
Predicta faciunt contra Jacobitas sive
iacobinos / qui dicunt Christum unius
nature et voluntatis tantum / sicut et unius
persone / Contra quos in fine ibi
Cum tamen etc. dualitatem ¶ ¶

Rubrica quare non dicitur in Christo
una natura sicut una persona

Una in duabus naturis persona
Nota quare non dicitur in Christo
una natura sicut una persona
quia nulla natura composita ex talibus
potest esse tertia illis naturis ex quibus
componitur. Item in tali compositione
ex aliis efficitur aliud sed ex du-
abus naturis fit una persona in Christo
¶ Item nota quare due persone
non possunt dici in Christo / quia non
unita persona assumpsit sed assumen-
do naturam univit / quia anima
et corpus cuiusque homo univerentur
in persona non erat in se unita
ad personam / Item quia sic persone
essent in trinitate / et sic confunderetur
fides et confessio trinitatis Item
quia per talem unionem non
liceret deus homo nec econverso /
Item filium esse quod dicitur fecit cons-
ere / nec unum mediator. nec alter-
catio filium et hominis ¶ Est ergo
una in duabus naturis persona
non confusis naturis neque mixtis
sed societate unionis. quod est contra
theodosianos et grecos ...
qui dicunt ex commixtione dua-
rum unam factam / sicut ex co-
mixtione aque et mellis fit po-
tio que non est aqua neque mel
Et sicut ex auro et argento con-
flatis fit aliud quod non est aurum
nec argentum sed electrum / quem errorem

improbat Boetius sicut patet in fine
patet deus quo hoc assumpsit
homo in deum transit non nature
visibilitate sicut apollinariste di-
cunt / sed dei dignatione ut nec
deus mutaretur in humanam
formam assumendo hominem / nec
homo in divinam glorificatus in
deum quia mutatio et vertibi-
litas nature et diminutio et
abolitionem facit ¶ Rubrica ad
quid valuit in Christo diversitas
naturarum et unitas personarum

Una in duabus naturis
persona / nam filius dei dignatus
sit non univit humane nature
ut illius ad infima inclinatio
nostra fieret ad summa provectio sicut
enim dicit Anshelmus Ad hoc valuit
in Christo diversitas naturarum et unitas
persone. ut quod opus erat fieri ad
hominis restaurationem / si humana non
posset hoc faceret divina nec tamen
divine non conveniret exhiberet
humana / ut per humanam quod ipsa de-
bebat / et per divinam posset quod
expediebat / et ideo quia debitum
restaurationis humane non debebat
nisi homo / nec enim poterat
facere nisi deus / necesse fuit ut
deus hominem assumeret in unitate
persone et esset idem homo qui
deus / quatenus quod in una solvere de-
bebat et non poterat in persona esset
qui posset ¶ Hec autem est admi-
rabilis et super eminens omnium
nominatum nominis unio qua
in una persona idem ipse dei
filius est homo sic unitus / ut nec
legatur homo deo coeternus per
unitatem persone / ac deinde deo
homo compassus ut statim sequitur
in littera / Separata enim sic conectit
deum et hominem ut nec homo
adeo separari tamen nec ab homine
deus valeat passione / nec quod

¶ Quam admirabilis sit unio dei et hominis

absit alius filius dei alius filius
hominis. Ēdat²(?) xxxiii. dis. Ex eius
Que enim in trinitate conveniunt
nec separari ad invicem possunt
quia unitas non patitur sectionem
ut xxxiiii q. loquitur scriptura.
Utriusque ne ergo in suis proprietati
bus permanenti summa facta est
communio, ut quod est ibi est dei
non sit ab homine separatum / et
quod est in homine non sit a divini
tate divisum / quia tanta est eius
unio dei et hominis in christo
ihesu ut una persona non due sit
christus ihesus / quia qui habuit
alio ferit est una persona factus est
habitum et homo i. et factum est ut
persona que deus est esset homo
unde propter unitatem dei et hominis
in christo ihesu / et propter unitatem et
singularitatem persone et dei assu
mens dicitur passus / prima cor. ii.
Si enim cognovissent nunquam
dei filium crucifixissent / vel dominum
glorie etiam / et homo assumptus dicitur
filius dei luc. primo ca. i. ex te
nascetur vocabitur filius dei / et filius
dei descendisse de celo / Joh. iii.
Nemo ascendit in celum nisi
qui descendit de celo filius
hominis qui est in celo. Item filius
hominis dicitur habere potestatem iudi
candi Joh. v. Sicut pater vitam
habet in semetipso sic dedit et filio
vitam habere in semetipso / et potestatem
dedit ei iudicium facere quia
filius hominis est. Item filius
hominis dicitur habere potestatem dimit
tendi peccata Mat. ix. Ut sciatis
autem quod filius hominis habet potestatem
tem dimittendi peccata in terra
tunc dixit paralitico Surge tolle
grabatum tuum. Et non quod iste
locutiones / deus est homo / homo
est deus / vel est filius hominis
christus est filius dei impropria sunt

66
Qualiter loquendum sit in hac unione

et propter pro toto vel totum pro parte Si
enim essent impropria quod locutus / deus est
homo, etiam esset temporale simul co
positum creator creatura Ista vero
propria christus est deus et homo i. homo
utriusque nature sicut hic dicitur ihesus
qui propter quod et quod etiam quod dicatur
pro deus pius et diligens lector
intellige. Si attendas distinctionem
sicut filius dei descendit / filius
hominis crucifixus est propter unitatem
persone / filius hominis descendit
et filius dei crucifixus est. Ca
Tanta enim est unio utriusque nature
quod idem est filius dei qui filius
hominis / et filius hominis qui filius
dei, et quod dicitur vel predicatur
de filio dei potest dici vel predicari
de filio hominis et econverso / nisi ubi
sit vocabulum in quo aliqua re
pugnantia includatur sicut sunt
illa in quibus ihesus includitur
respectu unius persone ad alteram
sicut unire unum incarnare
assumere assumi / Vel negotiatio
alicuius cuius oppositum alteri competit
sicut in tempore esse eterni et hoc potest
quomodo unione utriusque nature
in primo i. eo quod propter pertinet ad dominitate
tribus personis / que autem adhuc
manifeste non sunt predicanda de
tribus personis generaliter nisi de persona
filii tantum dumtaxat quod est filius
dei premium / est filius hominis perfectus
Est ergo ihesus christus simul ve
rusque natura i. deus et homo / una persona
unus filius unus deus cum patre
et spiritu sancto / auctor omnium atque rec
tor qui seipsum in hominem ex
hibet / modo divinum / modo omnipotentem
modo infirmum / ut in te se subli
mitatis et humilitatis vices nego
cio congruas permutet / modo sup
plicat / modo imperat / modo se de
relictum / modo latroni pro
mittit paradisum / Et secundum quod

68
Qualiter ... persona ... predicari(?)

talis ex igit agit sedm utrāq;
nām ¶ Et nota quociens hūani
tas filii ad iuncta sibi diuinitate
petit aliquid solo p̄ris utit̄ uo
bulo in uocando p̄rm que pri
oribus p̄ quam p̄t effica quod
rogatur ¶ Quare xp̄us ado
ratur cum sit homo.

68 Una in duab; naturis p̄sona
damascenus huius est xp̄us
deus p̄fectus et homo p̄fectus
quem adoramus cū p̄re ꝛ sp̄u
una adoracione cū i c̄o īmaculata
carne ipsius nō in adorabilem
carnem dicentes. Adorat̄ em̄
ꝑ carnem unitam deitati sicut
timet carbo tangi ꝑ copulatū
ignem lingno. Ad idem aug;
cont̄ heticū ergo diuinā carne
primo p̄fectam in xp̄o hūiliter adoro
q adeitate susceptam ꝛ deitati
unita est. ut unū eundemq; deū
ꝛ hoīem filiū dei ēē confiteatur.
qui hominem separes adeo illi mi
quā ēdo ut simo. sicut si quis
Christiani quidem subiectos se in-
dicant christianum nomen profitentes
dum ad eum in omni necessitate confugiunt
in ipso perfectis gloriantes Gal. vi.
Michi autem absit gloriari nisi in cruce

christi etc. Fidelis debet gloriari in
cruce christi, sicut filius regis gloriatur
in sceptro per quod apte mittitur in
possessionem regni. Item crux — 22 ¶ Crux v[…]
est hasta cui appensum est
triumphale vexillum milicie
christiane byssino candidissime
carnis et purpureo rubentis
sanguinis ihesu christi colore distinc-
tum, de hoc sanguine Ysaie xi.
Radix Jesse qui stat in signum
populorum. Et xiii. a. Super montem
excelsum levate signum. Item
crux est sigillum quod super cor-
ponendum est Cant. viii. Item — 23 ¶ Crux f[…] myrre
crux est fasciculus mirre qui
debet inter ubera commorari Cant.
primo f. Item crux est scala quam — 24 ¶ Crux s[…]
christus ascensurus in celum sibi et
suis sequacibus erexit quam
iacob stante super terram et cacu-
men eius tangentem celum in somp-
nis vidit Gen. xxviii. Et bene dicit
cacumen eius celum tangere quia
finis crucis gloria est, vel quia
inter mortem christi in cruce et
celestis glorie ingressum nichil fuit
quod eius glorificacionem debuit retar-
dare / licet in fine spoliando
seu alia magnalia faciendo
que scriptura non exprimit ideo
etiam sit eius glorificacio dilata sed.
¶ Vel ideo cacumen dicitur tangens
celum quia cruce redempti statim
in celum pergunt addito / nisi propter
peccata super addita / temporalem pe-
nam ut purgatorium deferatur.
Per hanc scalam angeli id est doctores
et predicatores ascendunt dum mis-
teriorum eius sublimia contemplantur
descendunt dum opera eius humilitatis
ymitacione assumunt vel dum
pro capacitate auditorum fidei ef-
ficaciam annunciant. ¶ Item crux — 27 ¶ Crux est pons ligneus […]
est pons ligneus super flumen
peccatorum / pertingens a ripa infer-
nalis usque ad litus glorie salutaris
Per hunc pontem christus pastor eterne

tuisinit partibus, ut omnes sequerentur
tur eius. prima Petri 2°. Christus passus
est pro nobis vobis relinquens exemplum
ut sequamini vestigia eius. s. similiter quod
mundus immundus nesciebat seq.
debemus Christum de passione et passi
pede affectus tenendo in tormenti
crucis, et idem de in paradysum. Item
prima Petri iiij°. Christo in carne passo
et vos eadem cogitatione arma
mini. Item crux est clavis per
quam in possessione mittimur
tur celestis. Ysaie xxii°.
Ponam clavem David super humerum eius. Hec est clavis regia
ut vulgo dicitur quia Christus regnum celorum
aperuit et vectes ferreos confregit
in ferrum pertransiit. Antequam huius clavis
caruerit, clausa regnum celorum
nos potuit intrare. Eius clavis est
baptismus et penitentia. ut patet Ro. vi.
Si complantati fuimus similitudini
mortis eius, simul et resurrectionis eri
mus. Ista clave claudente nemo
aperit, et ista erigente nemo clau
dere potest. Apoc. iii. Hec clavis
latroni aperuit paradysum, fere
per quinque milia annorum [illegible] ante
clausum. Unde dictum est latroni
de cruce. Luc. xxiii°. Hodie me
cum eris in paradyso. Certus quod
sicut mirum medicum cum videre
cum difficiles hominum valitudines
curante. mortis pericula mede
ri arte vincente. Crux sancta
crux clavis. crux [illegible] fortis
medela. Ita et Christum mirum de
bemus qui insanabilia vulnera
in corporibus et mentibus curat
qui publicanum et meretricem ac latronem
ad tantam sanitatem perduxit. Item
crux est clavus tabernaculi etc. quem
Iahel hoc est dei stupida malleo
carnis assumpte in cerebro Zizare de
figens ipsum occidit. Iudic. 4°. Item
crux est hamus, quo verus pis
cator Ihesus Christus leviathan traxit.
Job xl. An extrahere poteris

leviathan hamo, et quo occidit
cetum qui in mari est. Ysaie xxvii.
Item crux est muscipula qua
decepta et occisa est astucia dyaboli. 29 crux muscipula
Ose. xxvi. Ero mors tua o mors.
Aug. Tetendit redemptor dyabolo
crucis muscipulam, ubi posuit quasi
escam corpus et sanguinem suum.
Item crux est baculus pugila 30 crux baculus
torius, qui vulgo dicitur cornutum
cum quo propugnator noster Ihesus Christus
clypeo carnis protectus ad pugnan
dum exivit nobiscum. Ideo dicitur calvarie
locus. Joh. xix. et fecit nobis
gloriosam victoriam. Ysaie lxiii.
Ego qui loquor iusticiam et propugnator
sum ad salvandum. Item triplex est
baculus defensionis, contra canes
scilicet spirituales, quem tulit verus
David Christus gygante Golyam
hoc est dyabolum debellaturus. primo Reg.
xvii. Nunquid ego sum canis
qui venis ad me cum baculo.
Ve canis dyabolus qui [illegible] me
decore leonis et de manu canis
unicam meam. Item crux est virga 31 crux virga
quam verus Banayas Christus tulit in
manu descendens in cisterna pug
navit cum leone. 2° Reg. xxiii.
Item crux est virga ferrea id est signum
potencie perfecte, qua omnes
demones in inferno confringit. Psalmus.
Reges eos in virga ferrea. Item
crux est clypeus, quem Moyses
levavit contra bellatores hay perse
cutores filiorum Israel. Josue 8.
Item crux est scutum quod opponitur 32 crux scutum
ictibus sive temptacionibus dyaboli.
Eph. vi. In omnibus sumentes scu
tum fidei. Versus. Crux mihi clypeus
contra ictus. Crux quoque triumphus.
Item crux est baculus hostiarius
scilicet Christi qui dicit. Joh. x. Ego sum
hostium. si quis per me introierit
salvabitur. Et hoc ostium apertum est
quod in deo divisum est per separationem
anime a corpore. ut satis patet
in gressus in celum, et ideo hic baculo

pellens turbas demonum humano
generi pandit iter ~~Mich. 2o~~ As-
cendit pandens iter ante eos
33 Panctaclm Item crux est panectaclum qui
in orto ecclesie xpus ortulanus
erexit, ne leo aut mala bes-
tia intret ibi. ~~Iohannes xix~~ Crux
est patibulum et furce in quibus
suspenduntur inimici et malefacto-
res scilicet demones. ~~Gal. v. c.~~
Qui xpi sunt carnem suam cru. etc.
34 Virga directionis Item crux est virga directionis
regni tui. quia prava ad recti-
tudinem reducantur. quod si in
humano genere voluntati divine
35 Virga moysi contrarium invenit. Item crux
est virga moysi ~~Exodi v.~~ que
proiecta in terram versa est in co-
lubrum scilicet per astuciam et venenum
dum dei sapiencia sponte attigit
in terram crucem / hec est virga
que virgam magorum devoravit / et
coluber qui colubros egipciorum
absorbet ~~Exodi vii~~. Et virga
spiritualis mare rubrum divisum est
ut patet liber transitus ~~dat~~ dei
electis ~~Exodi xiiii~~. quia preter
populum multi nolunt aqua multe
cessaverunt apostolis liberum per mundum
transitum concedentes. Item hec
virga percussit petram aque doc-
trinarum gratiarum et sacramentorum ema-
naverunt ~~Exodi xvii~~ / Petra autem
erat xpus ~~prima Cor. x.~~ de cuius
plenitudine omnes accepimus Joh. primo
36 Crux virga magistralis Item crux est virga ma-
gistralis in qua experiencia eru-
ditus est xpus ~~Hebr. v.~~ Didicit
ex hiis que passus est obedienciam
et in hac virga discipulos suos
erudit magister noster ihesus xpus. ait
~~xvi. f.~~ Si quis vult post me etc.
Item ~~Gal. v. g.~~ et vi. e. Hec est
virga discipline fugans stulticiam
in corde pueri colligatam prover-
37 Kathedra biorum xxii. Item crux est cathedra
magistralis sive gradus ligneus
super quem verus Esdras xpus

legit distincte. et aperte ~~Neemie viii~~. 38
Item crux est navicula in altum Navicula
ducta de qua xpus docebat tur-
bas ~~Luc. v.~~ Et nota quod sicut in navi
sunt ligna ferrum et stuppa cum
pice, Sic in cruce xpi lignum clavi
et spongia cum vino mirrato tam-
quam stuppa cum pice / et sicut in
in navi transit homo per mare ad ter-
ram promissionis et iherusalem / Sic
tum in dulcedine crucis transit homo
ad celestem iherusalem / et sicut navi-
cula licet fragilis tamen preciosissima
portat. sic crux licet despecta-
bilis portavit tamen precium huma-
ni generis dominum ihesum xpum / et eius predi-
cacio portat preciosissima et dulcedines
peccatorum, et ethice vite premium pollicetur
et sicut ventus peragit penam cum
in dulgencia crucis si vite mel- 39
lium non resistat / Item crux cum Reclinatorium
clavo et sanguine rubente purpura ap-
pendit. est reclinatorium peccatorum
adeo se aucteanci / et more avium
avolancium ~~Osee xi. f.~~ Effraym 40
quasi avis avolavit / Item crux Bravium
est bravium ob gloriam victorie
currentibus eciam in campo huius seculi
prima ~~Cor. ix. g.~~ Omnes quidem currunt 41
sed unus accipit bravium. Item Funiculus
crux que sanguine rubricata est funi-
culus coccineus in signum libera-
cionis meretricis raab ~~Josue 2o~~ et 42
vi. Item crux est arbor sy- Arbor sycomorum
comorum i. ficus fatua quia mundo visa
est stulticia. ~~prima Cor. 1o~~ Hanc cum
cum zacheo ascende qui dei sa- 43
pienciam et xpum vult videre. Luc. xix. a. Palma
Item crux est palma quam xpus
ascendit ut ~~ascenderet~~ apprehenderet
fructum eius i. cetum sanctorum ~~Cant.~~
~~vii.~~ Item ostendit ut ab omnibus
videretur et audiretur ~~Tren. 1o~~ O
vos omnes qui transitis per viam etc.
Crux comparatur palme, primo quia in fine
stricta, supremis lata, 2o quia tarde
fert fructum, sic crux diu fuit
infructuosa donec xpm portavit

3º quia fructus eius dulcis et
rubens sic crux per sanguinis effu
sionem rubea Ysaie lxiii. quare
rubrum est indumentum tuum
dulcis per mansuetudinem quia etiam
pro crucifixoribus oravit. 6º quia
in terra callida nascitur sic passio
crucis ex calore caritatis processit
7º quia cortex eius asper dulcis
22 Crux thesaurus ¶ Crux est thesaurus absconditus
in agro de quo Mat. xiii. Simile
est regnum celorum thesauro abscondito
de quo invento eciam facit
festum et boni viri pro habendo
thezauro isto vendunt omnia
que possident et renunciant omnibus
quorum simplicissimi mercatores qui
fingit regem Jo. vi. d. et currit
ad patibulum crucis Joh. xviii.
Sic fecit sanctus Franciscus sed
males et brutales homines non
agnoscunt thezaurum istum nec
peccatorum thesaurus absconditum in
24 Crux ratis agro. Item crux est ratis
qua per mare mundi Christo regente
subvectus est cetus sanctorum
Sapientie xiiii. Exiguo ligno credunt
homines animas suas et mare transeuntes
per ratem liberati sunt
¶ Crux velut in pelago Christo anchora
26 Crux domus crux via portus. Item crux
est domus culinarum in qua Christus
et cetus nostri victimis comminuti
sunt. Ezech. xlvi. Item crux
est altare holocaustorum. 3 Reg. vii.
27 Crux altare et ara Item crux est ara in qua pascha
nostrum ymmolatus est Christus. 1 Cor.
v. et Hebr. x. Crux altare dicitur
crux exaltato Christo. Item crux est
28 Crux statera statera in qua appensus Christus iusta
et vera pena Job vi. Item crux
29 Palus est palus in quo in deserto mundi
serpens eneus est erectus ad liberandum
populum aspectu morsibus
ignitorum. Num. xxi. quem ipse
Christus exposuit. Joh. 3. g. Sic moy
ses exaltavit serpentem et sicut
eum aspicientes in serpentem eneum
in ligno erectum a morsibus
serpentum sanabat. Sic si recte
fidei intuitu Christum respicimus
qui pro nobis pependit in ligno
a peccato et a dyabolo liberamur. Item 40 virga Jonathe
crux est virga veri Ionathe
Christi, cuius summitas intincta in
favum mellis, hoc est in dulce
dinem divinitatis et humanitatis divina
Christi persona oculos illuminat de
gustantis. 1º Reg. xiiii. d. Item 41 virga clementie
crux est virga clementie assueri
i. Christi regis summi qua contingentibus
tristitiam sue legis clementer
tetigit salvus erit. Hester v.
et vi. f. Item crux est virga vigi 42 virga vigilans et
lans super gregem Jeremie 1º. Item baculus peregrinationis
crux est baculus peregrinationis cum
in quo verus Jacob Christus
Iordanem sue passionis transivit
Gen. xxxii. In baculo meo transivi
iordanem, tu hunc baculum Christus
peregrinus tulit qui crucem ascendit
ubi vere extitit peregrinus Ysaie
xxviii. Item crux est baculus 43 baculus pastoralis
pastoralis quem Christus publice pastoralem
agens pergere humeris publice portavit
Joh. xix. Hunc baculum portat qui
vere pastoralem agit, cum quo debet
in terrere motus carnales cum vi
ciis et concupiscenciis. Item crux 4 patibulum
est patibulum in quo bonus iusti
ciarius suspendit latrones s. vicia
et peccata Jos. d. v. f. qui Christi sunt
carnem suam crucifixerunt cum
viciis et concupiscenciis. Item crux 4 sartago
est sartago in quo oblata est
deo patri caro Christi oleo iunctum frixa
igne compassionis et perfecte caritatis
suppositorum Levit. ii. d. Item crux 4 tortular
est tortular quo Christus vinum sanctorum
meliorum devoto sui corporis
expressit. cuius effusione rubeatum
est vestitum Ysaie lxiii. Item crux 4 cythara
est calix quo dominus ihesus Christus potavit
suos Mat. xx. e. Calicem meum bibetis
Ps. calicem salutaris accipiam. Item crux est
cythara qua david curavit malignos

58 Crucis vectis
59 plaustrum
60 Baculus senectutis
61 Candelabrum
62 Thronus salomonis
63 De virtute crucis

pus refrenavit, po Regum xvii.
Item crux est vectis quo portabatur botrus corporis xpi a quo
expressum est vinum quod sitientium
animas inebriat. Num. xiii.
Item crux est plaustrum
novum portans archam federis
scilicet dei filium, que qui tangit
digne moritur. po Paralip. xiii. c.
Item crux est baculus senectutis quo suppodiatus est mundus
decrepitus. Zach. viii. Baculus
viri in manu eius pre multitudine
dierum. plurime baculum sustentationis humano casui et ruine. Item crux
est candelabrum lucerne corporis xpi
sustentans ut videant omnes qui
in domo sunt. Luc. xi. e. Item
crux est thronus salomonis
super quem sedens mater sua confortat.
3o R. 2o c. et Joh. xix. f. Vnde
Crux est nostra salus, spes nostra
redemptio nostra, crux medicina
mali, crux est antidotum morientis, crux pretium seculi, crux
restauratio mundi, crux exitium
crux extinctio mortis, crux
baritus barnis, crux expoliatio
animi, crux fantasie fuga, crux
sathane est cruciatus, crux lignum
vite, crux separabilis arbor,
crux vetus lumen, crux contra sudo
legis, crux limes celi, crux
introitus paradisi, crux in medio
in gloria, terror iniquis, crux in
utroque dei. Est licet limine tutis, demonis insidias eliminat
effugat atque. Crux sanitatem
restituit, benedictio impendit, discernit appodis, liberat apostolis
hostes expellit, victores constituit. crux est misterium fidei
firmamentum spei, sancte clamis, fortitudo
iusticie, magnificentia regum, gloria
sacerdotum, in operum sustentatio,
pauperum consolatio, cecorum dux, claudorum baculus, spes desperatorum
resurrectio mortuorum, innocentum

in libro de sacramento altaris ubi
addit quod signum crucis tribus est
digitis exprimendum, quia sub
invocatione in primitus trinitatis 65 Quomodo fit signum
ysaie xl. c. qui appendit tribus
digittis molem terre, per tres
digittos trinitas designatur. Digitus
crucis a superiori descendit ad
inferius, et post quosdam a dextera transit ad sinistram, quia xpc
de celo descendit in terra, et a
iudeis transivit ad gentes, quidam
cum signum crucis a sinistra producunt in dexteram, quia debemus
de miseria tendere ad gloriam sicut
xpus de morte ad vitam et de
inferno transivit ad paradisum.
In modum crucis crant naves,
volant aves, natant homines
sunt cette. Tacitus religiosorum
et hi sunt contra illos qui crucis
misterium detestantur, contra quos post
Cor. 2o. Gal. vi. g. Eph. 2o et 3o
d. Phil. 2o b. Col. po et 2o c.
Item crux dicitur aerumnarum, crux
est pena sine macerationis carnis
in qua debemus crucifigi cum vi
ciis et concupiscentiis desideriorum, quia
qui xpi sunt carnem suam crucifixerunt Gal.
v. g. Et non quod qui crucifigitur
debet elevari a terra i. ab amore terrenorum. ut dicat cum Job. vii. d.
Elegit anima mea suspendium.
In hac cruce debet totam vitam suam
expendere homines confixi quibus
i. preceptis iusticie ac timoris
ne cadat pelliciata confixi tu carnem
tuam i. carnalitates meas, si suggerit diabolus, vel quilibet eius minister
descendere de hac cruce, hoc est
movere membrum vel sensum vel
cogitatum ad aliquid illicitum, Responde
quod non potes, quia omnia tua
confixa sunt cruci xpi. Et nota
quod qui vult esse cum xpo debet crucifigi
cum xpo Gal. 2o. Pro crucifixione
sunt Phil. 3o configuratus sum morti xpi, Item Ro. vi. a. Si complantati

sum[us] similitu[dine]m morti xpi simul
et viuus crimine / 2ª corin. 1º
Si socii fueritis passionum eritis
et consolationum / 2ª thy[m] 2º Si
commortui sumus xpo et conuiuemus
si compatimur et conregnabimus
Item 1ª Joh. 2º Qui dicit se ma-
nere in xpo debet sicut ille am-
bulauit et ipse ambulare
1ª pet. 2º xpus passus est
pro nobis vobis relinquens exemplum
Item Joh. xiij. Exemplum
dedi vobis ut quadmodum ego feci
ita et vos faciatis Item math.
xvi. Si quis vult venire post
me tollat crucem suam. i. sursum ele-
uet honorifice non ad terram
deprimat vel distrahat per spur-
cicias viciorum Rubrica Quare
et qualiter passus est xpus

65 Passus illusione flagella-
tione crucifixione. math. xx. d.
Et luc. xviij. Illusio patet
in quatuor In veste purpurea
In sceptro cum corona spinea
66 in falsa adoracione et illusiva
flagellacio salutacione. Flagellacio patet in per-
quam per cussus alapis sputis
67 arundine et flagellis Crucifi-
Crucifixio xio patet in 4or In angustacione por-
tacionis crucis / in clauorum confixione
/ in aceti potacione / et in lancee tran-
fixione / hec sunt per diuisiones
maris rubri per quas ab intus
egypciaca populus israel liberatur
Exodi xiiij. Item

68 Passus in iusto quia iustus per
iniustis et ab iniustis et
cum iniustis et extraneis iniustis
et sub mediatoribus iniustis. quia omnia
agunt passionem. Et non quod tradit[us]
sunt tamquam infidelis / illusus tamquam
stultus, flagellatus tamquam reus
consputus tamquam vilis / occisus
tamquam inutilis siue incorrigibilis
luce xviij. f. Item Qualiter et
in quibus partibus corporis

69 Passus in pedibus per quos iterum
passus ut liberaret nos a peccato

mentali Item in latere ut liberaret
nos a peccato originali / quia de
costa ade facta sunt mulier / ex qua
nascimur filii ire per originale
peccatum ideo quod clausa sunt nobis
porta paradisi / sed xpo mortuo et
latere eius aperto sunt nobis aperta
/ quia per sanguinem qui fluxit de latere
redempti sumus / et per aquam abluti
Item in manibus ut liberaret nos
a peccato actuali / Item flagellatus
sunt ut nos a flagellis infernalibus
libus liberaret Item Quam viliter
et quam iniuriose passus:

Passus vilitate et contemptibiliter ao
quia vili precio appreciatus quia
a discipulo traditus / quia
cum turnelius et tortoribus lacessitus
/ quia tamquam latro cum gladiis et
fustibus comprehensus / quam vilissime
tentus et tractatus / quia ligatus
/ alapis cesus / a falsis testibus
accusatus / a suis discipulis de-
relictus / a famulabus denegatus
/ ab herode contemptus / quam a latrone
a populo prelatus / clamide coccinea
irrisorie indutus / spinis coro-
natus / arundine pro sceptro insignitus
/ illusorie salutatus / sputis illusus
et spoliatus / arundine percussus
/ a vilibus blasphematus / cum sceleratis
crucis patibulo manibus et pedibus
clauis affixus / aceto et felle
potatus / post mortem lancea
perforatus / in alieno sepulchro se-
pultus / 2m quod hec omnia euangelia
in passionibus attestantur. Item
Quantum dolorem passus est xpus

Passus dolorem per certis vir ai
in iniuriis vilitatis / in fame
destitutus a suis / mediens
et temporalis clamat Tren. p.º
O vos omnes qui transitis per viam
attendite et videte, si est dolor
similis sicut dolor meus / ideo propter
eius nobilitatem et virilitatem propter
pene acerbitatem et vilitatem / propter
illusione / et illuderent multipli-
citate et in mensuratam / et quia

ſine culpa ſua paciebatur et ſine
et publice et in ſpeciali, et quia ei
reddebant mala pro bonis, et
quia qui eum conſolaretur non
inuenit, et quia videbat ma-
trem ſuam pre doloris anguſtia
lacrimantem. ¶ Quarta paſſus eſt

az Paſſus ſine nudus nudus
ut oſtendet quod illud unū
ſue conuerſū quo nudo
pro ſuo corporis induebatur
noluit pro veſtitu eſtimari
et quia ſolus ſufficiebat appendere
precium mundi in ſtatera crucis
et quia reconciliacio huius generis
nichil aliud requirebat niſi
ſolius corporis eius ſacrificium.
Nudum ergo ſe obtulit deo
patri affectibus ut graciſſimum
ſacrificium, qui ſolus per ſe ſemper
deo erat acceptabiliſſimus
Hebr. viij. Accedens preſentem ipſum
aſpice vero nudus pependit
quia veſte porri [?] in deriſio ſpo
pro infidelitate iudeorum erat et
ut dum ſibi nova veſtis id eſt
eccleſia degentibus erat texta.

az ¶ Quare aquale [?] xpus exutus fuit veſte propria et alius indutus

Vnde quod xpus exuitur veſte
propria et in dutus purpura et poſtea
veſte alba et eadem corona
ſpinea coronatus, et poſtea data
eſt ei arundo in manu ad de-
ſignandum quod nos debemus de-
duere veterem hominem cum actibus
ſuis per confeſſionem Col. iij. Ex-
ue te veterem hominem cum actibus
ſuis tunc conficere debemus purpura
i. verecundiā pro tota die vere-
cundia et purpura per ruborem
ſignificat verecundiam [illegible] eſt
confuſio adducens gloriam.
Poſtea debemus indui veſte
alba que ſignificat mundiciā
ſpinea corona in capite eſt co-
gitatio contricionis in mente, mens
enim debet eſſe coronata ſpinis non
ſolum ex parte turbata, quia
debemus de peccatis omnibus generaliter
conteri. Item debemus tenere
arundinem in manu, arundo
que fragilis eſt, licet videtur
fortis, deſignat diuicias tempora-
les que videntur ex bonis pro-
mittere ſimilitudinem ſi manum in-
nixerit et perforat ſuper ſe innix-
tentem, Yſaie xxxvj. Debemus
ergo tenere arundinem i. diuicias
in manum ut eas pauperibus
erogemus, non ut confidamus
in eis et innitamur et detine-
amur ab eis. Item ¶ Quarte

Paſſus paſſus totalis
totalis licet minima gutta ax
ſanguinis ſufficeret ad tollenda
mundi peccata totus tamen fodi
voluit ager ille plenus cui
benedixit dominus Gen. xxvij. et
Yſaie 2o. Abſcondite in foſſa
humo. Et pſe foderunt manus
meas et pedes. Totus in crucem fodi
voluit, ut totus nobis fruc-
tificaret, totus aſſari voluit
agnus ille, ut nichil crudum
de illo comederet Exodi xij.
Totus pati voluit ut totum
corpus eccleſie ei compaſſionem
deceret. Prima pet. 2o. g. xpus paſſus
eſt etc. Totum calicem paſſi-
onis voluit bibere ut nichil
de morbo in corpore eccleſie re-
maneret, totus eciam pati voluit
ut totum hominem veterem cru-
cifigeret et nichil de illo vineret
et nil de eo maneret a culpa on-
deret, ſicut in corpore ſuo nichil
vacauit a pena, a planta pedis
uſque ad verticem non eſt in eo
ſanitas etc. Yſaie jo. Et ideo
poſuit faciem ſuam ut petram
duriſſimam Yſaie l. Duram ad
ictus, duriorem ad verbera, duriſſimam
ad clauos et vulnera. Vnde effudit
ſanguinem per quem peccata nostra delet
et lauit nos a peccatis nostris in
ſanguine ſuo Apoc. jo. Et ita com-
pletum eſt in xpo ut dicitur ſtat
in lege Deut. xix. g. dentem
pro dente, oculum pro oculo, manum

p manu pedem p pede / qua
omnia mebra xpi passa fuerunt
in cruce p mebris ade pdit
redimendis. q signatu fuit
4° Regu. 4° c. cu posuit he
lyseus os suu sup os defuncti
et oculos eius sup oculos eius
et c. ut ondet q dei et hois
filius mebra sua extenderet
in cruce p humano gne resusci
tando amorte etna Item
passus e p pcti nra delenda
Isaie liii. c. Ipe vulnatus est
ppt iniquitates nras et attritus
p scelera nra Et no cor
iudeos et alios infideles que
dicuntur i° c. ii° cale dm Ite
hebr ix c. Sanguis xpi emun
dauit consciam nram ab opi
bus mortuis Item hebr ix.
c. xpus semel oblatus e ad
multorum exhauriendum pcta
Item pe pet 2° c. Et no
per mirabilem misterii dispo
passus xpus / ptatur iniquus
et punitur iustus / delinquit reus
vapulat innocens / offendit
impius / dampnatur pius / q
meret malus patitur bonus /
q pcetrat suus / ex soluit deus /
q committit homo / sustinet deus
concupita duxit hoiem ad illi
citum arborem / pfecta caritas
duxit xpm ad cruce / homo
pressit vetitum / xpus subiit
supplicium / homo gustauit po
mi dulcedinem / xpus fellis
amaritudinem / Ei libret in
nptiis peccatis / cum una re
demptois / in effabilr superatur
peccantis malicia p unum re
dimentem / Et no circumstancie
passionis xpi p flos dicti quo
sudor / frangit comitum / fuga
capto vincla / mendax lingua
nime / sputum / velato vultu / cedes
in facie colaphi derisio clamor /

libera post coccus spine calamus
ad salutem / Santuna / latro co
mes iudaico / flexio ptes poti
blasphemus / more / lancea tu
ba / trientes Nota q xpus
an passionem suam cepit pa
uere / et tedere / ac mestus esse et
cum lacrimis orare et sudorem
sanguinis emittere / ad significandum
q nos debemus pauere ne pu
niamur in etnum cu amici dei
ut Job et Johes bapta et ecia
ipe xpus punitur fuit in pnti
Item debemus tedere de vilitate
vite pnte / Job x. v. d. Tedet
animam meam vite mee / Ite de
bemus ee molesti ac tristes
pro nris delictis / 2e Cor. vii°.
Item debemus orare cu lacri
mis veniam graciam et gloriam
Thob xi. Cndo oratias cum
lacrimis ob. to. do. Ite debemus
sudorem sanguinis emittere / ut
totum corpus opiat hic sudor
est angustia vehemens de penis
que omnia mebra dz cruciare
Et sicut sudor sanat corpus
sic dz anima a spualibus vicorum
infirmitatibus sanare Item

Quare xpus passus e extra

Passus talitur civitatem
vero no in templo non
sub tegmine edificii sed extra
civitatem / et extra muros / Jux
illud Jue in quos depunctus
est / ppterea no in altari / nec tecto
supposito / sed sub celo in aere / ut
aeris nam mundaret / aer enim
purgabatur cum agnus ille in
altitudine crucis ymolabatur
fedatus enim aer fuit fumo
aurum et nitore ac fetore sa
legorum sacrificiorum / Terra ecia
purgata fuit cu stillauit sang
uis delate dni sup eam /
P hoc ecia no fuit passus
i templo iudeorum / ne iudei ex
timarent p gente 1a tm esse
passum / et io extra civitatem

ay
pro passi

ab
Quid significat ea q fuit in xpo an passionem

aa

extra muros ut intelligat
quod communis est hostia pro genere
humano oblata. Item ¶ Quis sit
passionis xpi effectus et quis
inde noster profectus.

78 Noti xpi effectus et noster
inde profectus. Primus tamen
celi apertio. Hebr. ix. Pro-
prium sanguinem introivit. Item
29 de lacu eductio. Zach. ix.
Duo autem isti sunt educti. 29 precii
solutio. j Petr. j. Non corruptibilibus
auro et argento redempti estis
sed precioso sanguine agni. 4 peccatorum
ablucio. Apoc. j. Qui dilexit nos
et lavit nos a peccatis nostris in sangui-
ne suo. Et Hebr. ix. Sine sanguine
non fit remissio. 7 hostium con-
fusio. Exodi xij. Erit sanguis
in signum in edibus vestris, nec
erit in vobis plaga quando percussero
terram egyptiam. 6 ad amorem
provocatio 2 Mach. vj. ostenderunt
elephantes sanguinem. Et Joh. xv. c.
Maiorem caritatem nemo habet.
7 pro nobis postulatio. Hebr. 3. 8
ad deum confederatio. Col. j. c. pa-
cificans per sanguinem crucis eius. Et moyses
aspersit librum et omnem populum
sanguine. Hebr. ix. f. Et xpus dicit Joh.
vj. Qui bibit meum sanguinem
in me manet. Rubrica ¶ Contra
illos qui xpum passum negant.

79 Passus. Contra basilidianos
qui xpum passum negant.
xxiiij. q. 3. Quidam. Contra
quos dictum est supra ubi
xpus est passibilis et mortalis.
Et non quod xpus dicitur esse traditus
ad passionem a patre, quia voluntate
patris, ymo tocius trinitatis passus
est et a se qui se ipsum obtulit
et a iuda qui ipsum prodidit et
a iudeis qui ad hec alios insti-
gaverunt diversa ibi fuerunt sed
licet passio tamen una. Unde in-

80 De diversis traditoribus

tencionem et operibus diversitatem.
Pater tradidit ex caritate, filius
ex pietate, iudas ex peccati cupi-

ditate, iudei ex pervicaci invidie
malignitate. Unde patet quod qualitas intencio
diversificat actus licet res sit una.
¶ Contra illos qui dicunt quod si xpus
fuit mori non potuit neque pati.

81 Et mortuus. Contra iudeos
qui dicunt quod si xpus fuit
mori non potuit neque pati.
Contra quos Dan. x. opponunt
infideles quare iusticia fuit hec
iustissimum morti tradere pro reatore
innocentem dampnare ut nocentem
liberaret. Item si deus aliter pecca-
res liberare non potuit, quod iniustum
dampnando, quo ergo est omnipotens.
Si non potuit sed nescivit quo
ergo est sapiens. Si autem potuit
et scivit, sed noluit, quo ergo misericors
est. Respondeo quod xpus non ex necessitate
cogente, sed libera voluntate mor-
tuus est. Oblatus enim est quia
ipse voluit. Hebr. 2. c. Ysaie liij. B.
Unde ipse dixit ego pono animam
meam et iterum sumam eam. Joh. x.
Nemo tollit a me animam meam
sed ego pono eam. Joh. x. Ex hiis

82 patet quod sponte sua xpus mortuus est. ¶ mor[...] fu[...]
Quod autem mors illa conabilis et nec[...]
necessaria fuit sic patet quia genus ana[...]
humani datum fuit xpo in heredi-
tate. Ysaie xxxix. Dedi te in fedus
populi ut suscitares terram et possideres hereditates
dissipatas. Hebr. j. Quem consti-
tuit heredem universorum per quem fecit
et secula. Sed res transit cum honore
suo. Ruth. ult. et c. xx. de pignoribus
ex litteris et decimis. Cum non sit
Genus autem humanum oneratum
ac obligatum erat debito mortis.
Gen. 3. In quacumque hora co. ex ea
morte morieris. Sed nulla pura creatura
potuit esse sufficiens tocius generis
humani, ideo oportuit quod creator
se ipsum daret ad passionem mor-
tis. Et sic verus ioseph venum
datus a fratribus dimittet palm-
ariis synagoge in arte Gen.
xxxvij. Et homo qui per peccatum

deum offenderet / per iusticiam satisfaceret / et dyabolum qui hominem vicerat / per hominem vinceret. Vir[ginis] filius sponte sua moriens mortem moriendo peremit et perpetua miseros a morte reddit.
83 Quod autem mors xpi prevaleat in numero et magnitudine peccatorum hominum probat Anshelmus in libro Cur deus homo sit. Si tibi diceretur aliquis esset nisi occideres hunc hominem de nostris tuo ihesu xpo quem scis esse deum et hominem periret iste mundus totus non faceres etiam si mundus et infinitus mundus offeretur. Et iterum si diceretur aut enim occidas aut omnia peccata que sunt et futura sunt venient super te non faceres hoc scilicet quia peccatum quod in persona ihesu xpi fit incomparabiliter super omnia illa que extra personam illius possunt cogitari. Et sic patet quod mors xpi prevalet omnibus hominum peccatis. Item ¶ Quante efficatie sit mors xpisti

84 Mortuus. Mors xpi tante virtutis fuit ut non solum in presentes sed etiam in absentes vel loco vel tempore eius extenderet effectus in omnes scilicet qui ad superne civitatis consorcium pertinent ut dicit
85 Anshelmus. Item mortuus per mortem xpi licet nobis redire in patriam, sicut olim in morte summi pontificis hiis qui ad civitatem refugii confugerant licet secure ad propria remeare, Josue xx. Bonus ihesus non tantum pro amicis sed etiam pro inimicis mortuus est, eliges consulari accedit ut nos reciperet ad celos, amicus dulcis, consiliarius prudens, adiutor fortis, ut ostenderet quantum nos diligat non nisi moriendo a morte nos liberare, ut non solum vitalis impenderet beneficium sed ut cantaret nostrum affectum / nulla dilectio maior

nullus amor fervencior / nulla caritas sanctior / nullus affectus ardencior quam quia pro nobis mortuus est innocens, cum non inveniret in nobis dignum aliquid quod amaret ¶ Qualiter post mortem xpisti dyabolus est illusus
Et mortuus / per morte xpi illusum est dyabolus tamquam cum piscis seu leviatha de quo Job xl. Numquid capies leviatha hamo, quia dum dyabolus carnem humanitatis inspexit quam patebat quia hamo divinitatis captus est qui latebat / Est enim in xpo quasi hamus divinitatis, esca caro / linea genologia, que in evangelio recitatur ab eo ubi ponitur quam nodi linee xl ij generationes, tenens hanc lineam deus pater, mathei linea generationis inchoabat ab abraham et terminat in ihesum xpm / lucas ab ymis inchoat scilicet a yoseph et consummat in deum / eo xpus in finem descendit / ut via aperiret conscendendi ad celum / et post se traheret per dictam lineam quasi funem / Item et mortuus sed in corpore ut mortificaret in nobis mortem anime hoc est peccatum Osee xiii. Ero mors tua o mors. Augustinus In nocens moritur et peccatum cruci figitur / Hec mors mortua est quam in ligno mortua vita fuit. Augustinus Mors qua timent homines separatio est anime a carne / Mors qua non timent, separatio est anime a deo ¶ Quomodo fuit necesse ut pena eterna sustineret mortem temporalem
Et mortuus, nota quod hec fuit compensatio iusta pro debitorum omnium complexorum ut mors eterna omnibus qui temporalis erat / morte temporali eius qui eternus erat redimeret / Mors enim eterna morte eterna redempta esse non potuit quia si esset parum esset inutile cum par depinam auferre demo

86
87 ¶ Quomodo xpus mortuus fuit in corpore
88

¶ ...a mors xpi / ...ual omnibus / ...ctis hominum

¶ Quomodo per morte xpi licet redire ad patriam

Si minor esset in sufficiens / si
maior esset dampnosa / non ergo
potuit mors eterna esse redemptio
mortis eterne pro maiori parti restat
ergo eam esse tantum temporalem / que si
esset pure temporalis / esset in infinitum mi-
nor morte pro maiori parti / non esset
secundum unum precium / necesse est igitur ut
sit eterne pure mors temporalis ut eternitate
dignitate persone mortis compensetur
eternitas. et sinus temporalis eternum
suspendium redimetur innocentis
eterno suspendio temporali. Rubrica

¶ Quibus auctoribus ostenditur
quod christus fuit mortuus

89 Mortuus. Quod christus est mor-
tuus patet Matthei xx. a. / et xxvii.
c. Marci g. f. / Johannis xix. f. Ac-
tuum ii. et xiii. prima Petri prima ad Corinthios xv. a. 2o. 3.
3o. et v. Romanorum iii. a. / prima ad Corinthios xv. a.
Hebreorum 2o. c. Apocalypsis i. b. et g. et v. d.

90 ¶ Non varietates evan-
gelistarum de morte christi

Item mortuus ¶ Non diversitate
evangelistarum de morte christi Matheus
dicit Emisit spiritum / Marci et
Luce. Exspiravit Johannis tradidit
spiritum ¶ In emissione notatur recon-
ciliatio / nam tunc emissa est co-
lumba de archa corporis christi que
detulit quasi ramum olyve vi-
rentibus foliis Genesis viii. / In
exspiratione notatur inimicitia
inchilatio / nam ipso exspirante
demones exspoliavit / in traditione
notatur pacis confirmatio In manus
tuas commendo spiritum meum / qui

91 ¶ Quam utilitatem
mors christi nobis
detulit

patrem omnium que tibi dedi homo
¶ Item mortuus per mortem christi
eum qui habebat mortis imperium
i. dyabolum et liberavit eos qui erant
ob rorem servituti / Hebreorum 2. g. Item
per mortem christi reconciliati sunt
deo Colossenses primo / Alios effectus et fructus
in de perfectis de passione et mor-
te christi nominimus supra in passus
¶ Item mortuus non / Contra
nycolaitas qui dicunt christum esse
immortalem / et impassibilem
contra quos dictum est supra ibi
passus / ¶ Et nota quod mors et
resurrectio christi fuit vera imago

et similitudo sacramentum texum
vi Romanorum primo g. christus traditus est
pro delictis nostris et re- / propter insinuationem
mediam et ut pateris mortem ministri
vniuersum / et prima Petri 2. christus passus est

¶ De nominationibus inferni quare

92 Passus. Descendit dicitur in fimus
dit ad inferos Infernus dicitur
carcer quo impiorum anime
cruciantur / Et dicitur infernus i.
in ferimus. eo quod in fimo sit positus
nec abyssus / vel dicitur infernus i.
valde ferus vel ferox / vel in-
ferius dicitur quod ibi anime infe-
93 runtur ¶ Item carcer ille dicitur — Carce
95 ortus i. locus in sensibilis quidem
dicitur ortus ¶ Item dicitur tharta- — Tharty
rus a thartharo greco quod sonat
latine tremor frigoris quia ibi
94 est frigus nimium Vn et stridor
dencium Matthei xxiiii ¶ Item dicitur — Bara
barathrum i. vorago terre iatus de
quo canitur Cum surgit christus
96 tumulo victor redit de baratro
¶ Item dicitur avernus quod sine vero i.
97 veritate. vel sine vino quia nulla — Abm
est ibi amenitas ¶ Item dicitur achero — Achem
ab a. quod est sine et cheron gaudium
Est autem acheron fluvius in finitis
et in extremis mistica de lacus duobus
98 Job x. g. Ubi nullus ordo sed
sempiternus horror ¶ Item dicitur putheus — Puth
quia putet et est profundus Psalmus
99 Neque absorbeat me profundum
neque urgeat puteus os suum ¶ Item — Abyss
dicitur abyssus quia non reperitur ibi
100 fundus Propterea dilatavit infernus
animam suam et ¶ Item dicitur fornax — For
de lacus ecclesiastes Apocalypsis ix. Data est
clavis putei abyssi et aperuit
puteum abyssi et ascendit fu-
101 mus putei sicut fumus for-
nacis magne ¶ Item dicitur carcer — Car
quia ibi detinentur captivi ca-
thenis igneis colligati fame
siti et frigore afflicti ¶ ¶

¶ Contra illos qui negant christum
ad inferos descendisse

102 Descendit ad inferos secundum
carnem in sepulchro quiescente
secundum animam descendit ad
inferos, ut fortior superueni
ens fortem spoliaret armatum
Luce xi. Et quam mors paradisum
intrauit et colonos eiecit, uita
in infernum ingressa est et captiuos
eduxit, mortem sibi de nostra
morte suscepit, et uitam nobis
de sua uita restituit. Descendit
ergo ad inferos ut ineffabili
potentia, morte superata spolia
ret infernum, et iuste ac miseri
corditer inde iustos qui ibi tene
bantur educeret ibidem relinquens
iniquos, et sic non infernum ab
sorbuit sed momordit. Osee
xiii. Contra sueronistas qui
negant Christum ad inferos descen
disse, et inde animas hominum li
berasse. Contra quos Ephesios .4.
Primo descendit ad inferiores
partes terre qui descendit ipse est
et qui ascendit. Item Actuum
2o quem deus suscitauit solutis
doloribus inferni. Iuxta illud
Inpossibile erat teneri illum a mor
te. Psalmus Non derelinques animam
meam in inferno etc. Item psalmus
Eduxit eos de tenebris et umbra
mortis etc. Item quia contriuit
portas ereas. Item Domine edu
xisti de inferno animam meam
It misericordia tua magna est super me et e
am. ex. etc. Zach. ix Tu autem in
sanguine testamenti tui eduxisti
103 vinctos de lacu in quo non
Quare infernus erat aqua propter refrigerium. Infernus
dicatur lacus dicitur lacus quasi latus qui nullo
termino clauditur. lacus proprie est aqua
lutosa et putrida que non mo
uetur et sic infernus quasi sentina
naturae ~~ps~~ eduxisti me de lacu
et de luto fecis. Infernus dicitur
quasi infimus .i. niger uel quasi infe
rius quia inferius iacet ut
Augustinus dicit infernus quia sit niger
atque profundus. Item quia dicitur

Contra illos qui dicunt istum
mundum esse infernum 103
Mortuus descendit ad inferos
scilicet descendit in anima. est
contra illos qui dicunt
mundum istum esse infernum
locum scilicet damnatorum et non
alium. Contra quos est Luce xvi.
de diuite et lazaro. Item Matth.
vi. et x. et xiii. Contra illos
qui non credunt esse infernum
necesse ostenditur quod sit et ubi
Descendit ad inferos est contra 104
illos qui non credunt esse
infernum, quod autem sit infernum
probatur quia cum de duobus contrariis
inventum fuerit alterum et medium
necesse est et reliquum inveniri
hac ratione utuntur philosophi gentium
ad stabiliendum unum quodque contrarium
Quia igitur inuenitur pure felici
tatis inuenitur, et status medius
inter pure felicitatem et pure
miseriam scilicet status hominis uiatoris
qui nec pure miserie propter ad
mixtas consolationes, nec pure
felicitatis propter admixtas miserias
necesse est igitur inuenire tercium
statum scilicet pure miserie et hic est
infernus ubi nulla redemptio
sed sempiternus horror inhabitat
Job x. Iuxta hanc viam si i
nuenitur supra altius contrarium
.i. pure felicitatis et status medius
scilicet vite istius, necesse est inueniri
subtus tercium statum scilicet hominis pure
miserie destinatos et ideo secundum
locorum congruentiam, ut sicut pri
mus locus est locorum nobilis
simus, et situ spirituali uel corporali
supremus et medius subiectus est
tamen, nobilitate quam situ erit tercius
tamen ignobilissimus et infi
mus et situ infimus euidenti
am quidem facit ad hoc ipse sta
tus et locus medius eius habi
tatores qualiter non sicut se habet
primum ad medium et tercium medium

optet se hre ad tñu sicut ergo
nos et status 7 locus noster
ad eos qui pure felicitᵗ donati
sunt 7 ad locum et statu eorum
nrm / subt nos igit sunt 7 sta
tu et loco sicut nos sub primis
¶ Idem pz aucte apok. v. ne
mo poterat neqȝ in celo neqȝ
in terra neqȝ subt terram aprire
librum / ¶ Ad idem Greg. i dya
logo / dicto infernum dicimus
quia infius iacet q̄ terra ad
celum e hoc ee in finis dz
atra vii / psalmista dz: liberasti
animam meam ex inferno i feriori
Augꝰ in libro xii. sup genesim
est prisus infior sba ß eam
spualem non corporalem esse
arbitror 7 sub ea credendum
infernum / ex quo eum vocabulo
eo q̄ nichil sub se habeat puto
7 ex hys pz q̄ sit infius 7 ubi
¶ Item dem ferno facit fidem
iudicium 7 iusticia dei q2 cum
pcca que maxime supplicys
et eternis sunt punienda pu
nita no fuerint in hac vita ne
cessario in futuro sunt punienda
7 ita nece est ee locum dapna
coīs eterne / que merentur absqȝ pe
decedentes in mortali peccato
quia ut dicit Greg. i dyalogo
dignum est ut puniant in dei
eterno qui peccare no cessa-
verunt in suo eterno / et sic hō i
suo eterno finem peccandi no
apposuit. recedendo a peccato / sic
deus in suo eterno no desistit
a puniendo / Locus aut hius dap
nacois est infimus ubi infligunt
nove pene. illis qui pbonā
vitam noluerunt. ix. angelorum
ordinibus sociari / ¶ Ignis in
extinguibilis. Isaie xxx. fla
ma ignis devorātis allidet i
turbacione Johel 2. an eum
ignis vorans 7 p eum ex
urens flama / ¶ Item frigus

in tollerabile Job xxiiii. Ad
calorem nimium transibunt ab aqūs
nivium. aḡt xxiiii. Ibi erit fletus
et stridor dencium. Math. frigus sup.
¶ ffetor sulphuris / ysaie 3ᵒ Erit
p suavi odore fetor Apok xix
g. Qui adorant ymaginem eius
missi sunt in stagnum ignis 7
sulphuris ps. Ignis sulphur
et spus pcellarum 7c. ¶ Ite vermes
Isaie xiiii. Subt te sternet tinea
7 opimentum tuum erunt vermes
7 ultio. vermes eorum Eccl. vii.
Vindicta carnis impii vermis
¶ Item tenebre palpabiles mt
xxii. Ligatis pedibz 7 manibz
mittite 7c. Et hoc est iustum
quia hic amant tenebras
peccatorum Job xiiii. Oculus
adulteri / ¶ Item flagellum pū. 2ᵒ
xix. parata sunt derisoribus
iudicia et mallei percucientes
stultorum corpa / ¶ Item terror visu
Trenorum. f. denigrata e facies
eorum sup carbones / ¶ Ite laquei
ps. pluet sup peccatores laqueus
ignis / ¶ Item turbacio mentis
sine deffectu. Isaie xxv. Spūs
robustorum quasi turbo ipelles
parietem 7c. flamma / fetor / gelu /
vermes / caligo / flagellum / larvarum
terror / laquei / mentisqȝ procella /
h tibi pena sigt sy sine rehemia
¶ Item in inferno est pene acer
bitatis. continuitatis / eternitatis et
universalitatis / Et ab eadem pena
alii puniunt plus alii minus
/ sicut ab eodem igne aliquid com
burit palea / aliud lignum / ¶ Ite
descendit ad inferos pluralit
ꝑ diversas mansiones suppliciorum
vii Greg. in moralibus / Sicut i
domo patris mei mansiones
multe sunt p diversitate virtutum
/ sic dapnatos diverso supplicio
gehenne / subiciat ignibus dis
paritas criminis ne remaneat

Margin notes (left):
106
¶ Que pene infligunt in inferno
Ignis
ffrigus

Margin notes (right):
Fletus
ffetor sulphuris
Vermes
Tenebre
Flagella
Terror
laquei
Turbacio
107
Quales pene sunt in inferno

dedecus pati sine dedecore infer-
nor(um). Grauiora tormenta et man-
siones culpis (con)formes respon-
dent. quia mansiones sic sunt diui-
na magis disposite quod quis in penis
penam uidet altius ut unicuique
iusta sit afflictio etc. ¶ Contra
illos qui non credunt resurrectionem

108 Et resurrexit tercia die
sicut predixit Math. xx°.
et Luce xviii°. Et quia veri
christiani debemus sequi christum
tamquam caput suum. sicut membra
109 caput sequuntur. Attende quod tres Dies illuminatis
sunt dies sine illuminacionis quibus
homo in tribus illuminatur. Primus secun-
dus uicius. Tercius caritatis.
Primus dies est solem summum
potencie. 2us sapiencie. 3us benignitate.
Potencia pertinet ad patrem. Sapientia
ad filium. benignitas ad spiritum sanctum.
Dies patris admiracio est oppositus
dei per quam in cunctis timor. Di-
es filii illuminatio est sapientie dei per
quam cognoscit uicias. Dies
spiritus sancti est benignitas per
quam in nobis caritas non in-
flamatur. In die omnipotentie mori-
mur per timorem. In die sapientie
sepelimur. Cuius in die priuitatis
contemplationem. In die benignitatis
resurgimus per eternorum amorem.
ideo christus sexta die mortuus
est. septimo iacuit in sepulchro.
octauo resurrexit ut sic primo
potencia in die suo per timorem
nos a carnalibus desideriis fortis
occidit. deinde sapiencia in die suo
intus in abscondito contemplationis
Postremo benignitas in die suo
diuine caritatis uiuificatos resurgere
faciat. quia sex dies ad laborem
vii. ad requiem. viii. pertinet
ad resurrectionem

110 Et resurrexit a mortuis per
dies xl. apparens discipulis
et loquens de regno dei

Actuum p°. Et nota quod infra xl.
illos dies apparuit decies dis-
cipulis suis. ipso die resurrectionis
quinquies. Primo marie magdalene
Math. ultimo. Et Joh. xx. Secundo
mulieribus exeuntibus de monumento
Math. ultimo. Tercio petro Luc. ultimo.
Quarto duobus discipulis euntibus
in emaus. Marci et Luce ultimo.
Quinto decem apostolis absente thoma
Joh. xx. Sexto post dies octo eisdem
presente thoma Joh. xx. Math.
et Luce ultimo. Septimo septem
discipulis in piscatione. Octauo
undecim discipulis in monte
thabor. Nono xi. discipulis recum-
bentibus in die ascensionis. Decimo
eadem die in monte oliueti
Actuum p°. C. et Luce ultimo.
Post has apparitiones plusquam
quingentis fratribus simul. Deinde ia-
cobo et nouissime ipsi paulo
sicut dicitur prima corinth. xv. a. ¶ Et ¶ Quare christus paulatim ostendit 111
nota quod gloriam uirtutis sue pau-
latim per incrementum temporis christus
suis ondit discipulis. quia tanta
erat uirtus miraculi quod repente
hec non posset hominum fragilitas
intueri. Primo ergo feis ondit la-
pidem reuolutum et lyntheamina
quibus corpus fuerat inuolutum.
Deinde curiosius inquirentibus ondit
visionem angelorum. Inde mat(thei) ultimo.
Tandem dominus ipse manifestius
se ondit. ¶ Si queratur quare ¶ Quare christus apparuit magdalene ante petro 112
non apparuit feminis quam hominibus
et quare inter feminas primo magdalene
et quare inter homines primo petro
Respondendum est quod primo peccatum fecit
quia mulier et ideo sicut precessit
morte culpe per feminam ita pre-
cedere debuit uita gratie per feminam
¶ Primo autem apparuit peccatoribus
ne de uenia desperarent. ¶ Si queratur Ubi christus fuit post resurrectionem 113
ubi erat christus post resurrectionem
per dies xl. cum cum discipulis non
manebat. Respondendum est quod erat

in paradiso terrestri ubi sunt enoch
et helyas, cum ille sit locus di
gnior et amenior et quietior
in terra, et ibi cum eo sanctorum
anime quas eduxit de inferno
ipse dum ascenderet in altum
captivam duxit captivitatem
scilicet sanctos qui in inferni tene
bris tenebantur. Iuxta illud prophete
Eduxit eos de tenebris et cetera et
ad hoc concordat quod dixit la
troni. hodie mecum eris in paradi
so Luce xxiii. Dignum enim fuit
ut per christum primus homo re
diret in paradisum quia prevari
cationis culpa eiectus fuerat
deinde Gen. 3. g. Sic xpistus mor
112 ¶ Quata fiducia resurgendi tinus sua virtute resurrexit, ve
risimile est quod ipse vivus sus
citare mortuos possit. Et tali
domino serviendum qui potest suscita
re hominem si in eius servicio
moriatur, non libenter miles servi
ret illum qui non potest restituere
ei equum suum si tenens servicio eum
amisit. Et est contra saduceos
qui non credunt, ut habetur Act. xxiii.
Sed de hoc plenius infra in articulo Carnis
omnes cum suis resurgent corporibus. Et
¶ Contra illos qui dicunt xpistum
primo carnem esse et ad inferos
remansisse et quibus innititur et
qualiter videndum

Et ascendit
114 in celum. Contra illos qui dicunt
xpistum primo carnem et caput
in feros remansisse. Impugnant
autem hunc articulum heretici per illud
verbum apostoli Cor. xv. f. Caro et
sanguis regnum dei non possidebunt,
Unde quod caro et sanguis
non sunt ibi proprie carnis et
sanguinis, sed per carnalibus operibus.
Item obiciunt cum ascendere et
descendere motum localem signi
ficent et deus immobilis et in
commutabilis existat, hec non
possunt dici de deo. Unde quod sicut
de xpisto dicitur verum quod homo, sic
autem dicitur de xpisto verum quod deus

descendere non dicit motum localem
sed incarnationem id est unionem filii
ad carnem. Unde in symbolo dicitur
descendit de celis et cetera. Tercio
116 Ascendit in celum quia xpistus
ascendit in celum corporaliter
in natura et forma humana
per Marci ultimo Joh. ult. Act.
primo. Item qui ascendit ipse est
et qui descendit Ephes. 4. a. et
Joh. 3. d. Nemo ascendit in celum
nisi qui descendit de celo. Et
contra incredulos nota exemplum
quia rota molendini quantum
ad ymam de supremis descendit
tamen de infimis ad supra sublimia
ascendit, avis volans in aere
quantum descendit tantum ascendit
sol ab oriente heri surrexit, sed
ad occidentem occubuit, et hodie
similiter in eodem loco surrexit. Unde
non ergo est dubitandum si filius
dei, unde venit illuc redit
¶ Quare descensus ad inferos
pertinet ad solam animam
117 Sed descendit in anima, desce
nsus ad inferos pertinet ad
solam animam que unita est
persone filii dei, quia ex quo
filius dei assumpsit corpus et
animam non deposuit ea. Unde Augustinus
Verbum ex quo suscepit hominem
id est carnem et animam nunquam deposuit
ut esset anima separata ambobus, sed
caro posuit animam cum expiravit
que redeunte surrexit, Mors
ergo ad tempus animam a carne
separavit, quia non posset mori
corpus nisi anima separata fu
118 isset abeo, sed neutrum ambo dei.
Caro igitur ponit et assumit animam ¶ Qualiter caro ponit animam
non potestate sua sed potestate deitatis
et hypostatis carnis, Sicut autem dicitur
mortuus homo qui mortua est caro
119 Ita dicitur deus mortuus, qui mor ¶ Qualiter deus pati
tuus est homo, quia sicut dicit
Augustinus quod quod passus est homo
dicitur pati deus racione unionis

quia deus erat homo sicut dicitur
quis in unica pati si vestis eius
in eo scinderetur in minores partes ipse
non sit vestis ¶ Et quamvis nec
fuit homo in illo triduo. Unde
quod sic. quia deus unitus erat
anime et carni et per separationem
anime a carne erat mortuus sed
per unionem utriusque nec cum deo
fuit homo, non autem ita in aliis
hominibus ¶ Et non quod uno eodemque
tempore xpistus totus fuit in sepul
chro, totus in inferno, vere mortuus
et vere vivus. morte mortuus
accepit, et vitam divinitatis non
perdidit. Et sicut dicitur fuisse in se
pulchro gratia corporis, ita dicitur
descendisse ad inferos gratia
anime ¶ Et est hoc contra illos
causas dicit petrus sup^e pet. 2. e
phatie maxime ut fides sint red
de rom defide spe et caritate

9 ¶ Quia sit necē hec secrete fidei

¶ .n. nēām e ex nātua intuitu
rone s3 no est angl3 hmg^r. vdes
de pfundo et latebroso sinu nē
elice et uelut dem timo quoda
sapie secretario eruitas educe
i qne ¶ S^m vo est ut intellectus
assueti pbacoibz et roibz tuq
claudicates et singulis pene
passibus i dubitacois ac ignora
cias corruetes nos s frumbla
ribus hmg^di sustentaclis admuet
¶ Et nō q in hijs que fidei sunt
na no suggit nec ad instruat
cognicois in ium nec i tellcus
nālis in venit p nām viam i
vencoine neq3 quid de illis co
gitet aut cui leuit cōsentiat

10 ¶ Rone ondit q ea que sunt fidei no nā s3 papue

thor quia in hijs nichil sim e
vel fit uitute nē vel ordine
s3 sola benignit^s largitate z i ex
cogitabili gra cātoris et ideo nālis
int^cus ipa nāli limitacoe sua p
hibitus est a cognicoe illorz que
sunt sup nām sicut .n. uirtus
et opacio nē i sola nālia se ex
tendit et nec sup pgdit sic nā
lis in tellcus eius3 nālis cōgtao
solis nālibz nālit^r est contentus

11 ¶ Qz intellcus nālis tot hz vias ad i veiendu cātorem quot corā eo sunt porte cātē

¶ Illud aut nōndum q oīa nālia
sive nāta indicant et pdicant
cātorem ut pma nām omnia
nālitatem et int^cus nālis hz tot
vias ad inveniendu cātore qt
coram eo sunt porte cātue ut
p vias cātuiaz ambulz ad cāto
rem nāle .n. est vniuq3 essen
ciam suam indicare et ad
ipam deducē vonabilit^r cogitate
z vniuersitas cātuiaz e auditum
spūali velud carme pulcherimum
de gestis cātoris z inclit respona^u
z eo certy de laudibz ipius no
quidem vocibus s3 ordinacone
cātuiaz suaz quasi melodia
glie sue contincātam ¶ Illud at
nōndum q in hijs que st sup
rōm no est genus ons̄ionis
q veiencie q p testidm sacre scrip
ture i talibz .n. soli deo credēdu
est de se qui solus novit ipsū.
vbum hylarij z sicut dicit Joh
dam. Diuina que tradita sunt
nobis p lege z p pphās z p aplos
et euuglās suscipimus et reuerem^s
nichil ultra inquirentes pt^e
zzz ne addas q q verbis
illius q spalit^r suadmu e in
hijs que sup rōm vn augu
ciny res nālit^r obscura mo
dulum iuu vincit et apta
diuina scriptura no subveni
tente diffinire humana co
iectura psūmat ex eo. p. nec
teme quid loquens ¶ No quāta
iniuriam inferunt deo insi
deles qui diuinis elloquijs z
testionijs cōtradicunt pinde
eni est dice q falsa sint
dei eloquia q dice q deus
metit^r no videt^r fidelis ser
mus diuo ut Janus x° qui
sive in dignitacoe tanta potest
dei in iuriam sustine. ¶ Pfide

12 Q̄re d^r fides recta

rectam sibz no eciam vel desle
xam p aliquem errorem no
mutate dubitacoe vel cōsista
cōne quia dubius i fide i fidel^s
est. ex. dehi^s. c. p° nec talis
hesitans accipit aliq^d a deo
Jac p° a. ¶ Nondum i^e q fides
vera est fides ut dom pfectu
descendes a patre luminum Jac p°
de cōse. dis. 5. Gracia. dicunt ig^r
lume q a sole emicat quanto
soli vicinior est et abeo lon
gius descendit Et ipm eciam
lume quod abeo descendit su
limius nobilius ac verius q q ex
illuminato reflectit^r sic lumina a pa
lucē descedencia nobiliora subli
miora et rectiora sunt quam
ea que ex illuminat^s p reflexione

descendunt/ q̄re fides ūtus cū ipā
descendat a p̄mo lūīe v̄itor est
q̄ ipā vel c̄dulitates q̄ arcēbz
p̄ īflexione illuīatōis quam
aīme p̄mo recipiunt ad ītellūm
nr̄m ascendunt/ Ex quo appet
q̄ multū refert an descēdat
sup̄ menteš hūanas illūīo a
lumīe p̄o an descendat p̄ re
flexione a c̄atur̄ sine rebus
c̄at̄ que sunt una asssione te
mi illuīata aīme p̄o et eīn de
relucētia adip̄m similitūe quā
dyxīnn/ 7 lucētia in speculo in
tellc̄us hūanī appaātōe ȳma
gīm sine silītudīm suarum
ī illo et īo fortiores sūt illumīa
tones desursum venientes q̄m
deorsum ascēdētes 7 rēe descen
detes quā reflexe 7 p̄p hoc bñ
43 Qualit̄ lumē d̄r. ¶ P̄p fidem rc̄am/ Quatr̄ ant
dei p̄sn̄ rc̄i- lumē fidei rc̄itudine 7 fortitu^e
et ī p̄lem̄to sua ipos sensus et p̄sīla vincat
ītais appet 7 rc̄ificet ipā. al' ē mātu^m vbi
visus et oīa accid̄cia visibilia
plum̄ ibi pane mat̄iale c̄dūt
¶ Idem facit tactus 7 tangibilia
Idem auditus et audibilia Idē
gustus et gustabilia. Idem ol
factus et olfactibilia/ lumē aūt
fidei oīa p̄dicta lūīa ītellē
tui adeo obfuscat 7 obtundit
ut sola virtus sac̄m̄ti p̄ ma 7
integra sit in corde credentis
fides ergo rc̄a est digna deo
c̄dulitas quā ut dignū 7 iustū
c̄di^r. hoc est sine oī pignore
7 cautione s. c̄gtis 7 obedic̄et quid
q̄ deus volt iubet vel p̄cipit
p̄ legislatore vel expositores
h̄ sola fides captiuat 7 p̄ sumitu
tem redigit omem intellectū
hūanū ī obsequiū deo/ ad
credendū v̄itatem/ quam non
capit ymo cui q̄ nar̄ rebellat
ac c̄otradicit/ hoc fides recta
et nulla alia facit fideles sola

enī gens que h̄at fide fundata sana
ta armata et illustrata est deo q̄
obediens 7 subiecta 7 īo q̄m adit̄ ymi
suscitata/ et dei cultui dicata sola
ista velut capite ī clinato adorat
altissimū/ Capite .i. intellectu p̄ sūme
obediam ī clinato ceteris gentibz va
riis errōibz seducte 7 quodāo capi
tibus inclinate/ errorū suorū suasio
nes adorantibz atq3 colentibz/ hinc ē
q̄ infideles sacram sc̄ptura nō rc̄e
intelligūt. q̄z rc̄e p̄cedit fides in
tellc̄m. cū p̄ fidē aditus p̄paret
Iux̄ id Ysaie vii. 2^m lxx. Nisi cre
dideritis nō intelligetis. sicut enī
in ludinis oculorū m̄orū spēs/ rerum
sibilīū colores q̄z nō p̄t p̄ sentire
que se solaribz radiis imisceat/
vniq3 tum ipis et in ipis fiat/ ita
animus storum puri rerū sp̄ualium
oīm q̄ ītellc̄u supanent c̄ognicōm
nō suffert accipe nisi p̄ius ī c̄op
hensibilis v̄tutis p̄ticipacōe dignū
efficiat̄ 44 Quibz modis iustifi
q̄re ¶ P̄p fidem rc̄am/ fides caltur fides
rc̄ifical' c̄ognicōe miraclorū illuīacōe
revelacōim/ scā testimoniorū sc̄ptue
/ solertia p̄bacōm quibz ipā asstr̄
7 rōim quibz errores c̄ōtra destruit
talis fides facit filios dei Joh̄ p̄o
Dedit eis p̄tatem filios dei fieri 45 ¶ Quas utilitates
hiis qui c̄dunt 7c. ¶ Ite in dyscorda confert fides
Actuū xv fide purificans corda eorū
Item vincit mundū et opat̄ iusticia
.i. opa iusta Hebr̄ xi. Sancti p̄ fidem
vicerunt regna opati sūt iusticiā 7c
Ite vitam etiā c̄fert Joh̄ 3. Oīs
qui c̄dit ī eū nō p̄ibit s̄ h̄t vitā
et̄nam/ P̄ hanc fidem reducim̄ de
morte ad vitam/ deducim̄ de ītute
in v̄tutem/ p̄ ducim̄ de exilio ad
patriam/ h̄ ē fides v̄tus fortificās
intellectum hūanū c̄otra īfirmi
tate sine debilitate c̄dulit̄ rerū salu
tarium/ ¶ Ite est armatura c̄ustodie
intellctus p̄tegēs eū c̄otra iacula
immissiōm p̄uorū sensuū 7 c̄ogita
cōm susurrancū contra fidem et
c̄oti ar̄ta p̄hoρ et heticorū 7 c̄otradic
cones hoīm quibus ītellc̄us bonorū

C

vicior infestatur. Item hec fides est
fundamentum totius sacri cultus
divineque honorificencie primum. Item hec
fides est virtus perficiens intellectum
humanum atque purificans ab erroribus
impietatis et sacrificans ipsum deo altissimo
et mortificans ipsum quantum ad ea
que sunt sua quia non secundum se deo credat
sed supra se et contra se ipsum hec fides
est fundamentum et lucerna dirigens et animam
in credendis prout expedit ad salutem
Item per fidem iterum tamen fides ficta
est que ad tempus credit et in tempore
temptacionis recedit Luce viii. Unde
etiam ficta et fragilis dicitur

Que operacio dicitur esse bona

56

Operacionem bonam. Illa operacio
bona dicitur qua primo bono
scilicet deo homo coniungitur con-

57 Que mala operacio

iunctione integra illesa libera et certa
sine interturbata per observacionem man-
datorum dei. Illa vero operacio mala

58 Quod malum in omnibus

dicitur qua dividitur homo a deo sive
separatur per transgressionem mandatorum eius
Et nota quod malum omnis mali quod

59 Quod malum non

invenitur in omnibus non est nisi bonum
quod est deus defectio sive amissio
vel separacio ab illo sive carencia sive
divisio, et sicut malum omnium maximum
omnis mali est ipsum non esse sive divisio
sive separacio ab ipso esse. Propter quod omnia
que tendunt ad non esse naturaliter fugiunt
omnia naturaliter. Et ipsum esse est bonum
propter quod conservandum omnia alia expo-
nunt vel manum percipite vel oculo
Job ii. pellem pro pelle etc. sic bonum gra-
cie propter bono quod deus est vita
salutis sit non solum omnia alia
sed etiam ipsum esse natura vita et mem-
brorum omnibus ut clipeis defen-
sionis et preciis redempcionis opponit
obtendit ut illud sibi retineat vel ac-
quirat. Ideo prima operacio bona dicitur

60 Que attendunt in operacione bona

qua fit quod deus consulit vel pre-
cipit. vel quod dissuadet vel prohibet
evitat. Operacionem bonam. In operacione
bona considerandum est quia causa
quo fine qua intencione quid fiat
Unde aliquis affectus tuus operi tuo
nomen imponit bonum opus et intencio
facit intencionem fides. Dicit quod
in bonis operibus generaliter est verum
In malis non excipiunt que per se
mala sunt id est que sine prevaricacione
fieri nequeunt. Illud autem sciendum
quia opera bona que faciunt heretici
nichil eis prosunt teste domino
Isaie lvii. quia mei oblitus es
opera tua non proderunt tibi nec etiam
opera aliorum Jere xv. Si steterit
Moyses et Samuel coram me
non est anima mea ad populum istum
eicietis eos a facie mea et egre-
diantur. Nam sicut ait Augustinus
Non aliunde bonum est si bonum est

61 Quid est bonum

cor humanum nisi quia sibi amat quod
bonum est, nec aliunde malum est
si malum est nisi quia male a-
mat quod bonum est omne enim quod
bonum est ideo quia male amatur
vicium est. Bonam. Bonum est quod
desideratur ab omnibus quia ut
dicit Boecius in libro de consolacione
omnium expetendorum summa atque causa
est bonum quod vero est nec vere nec similiter
ullum in se retinet bonum quod
expeti nullo modo potest quia bonum generaliter
omnia expetunt. Et operacione
bona, bona coniungit fidem fatuam
et operacionem bonam quia ut dicit Gregorius
Vera fides est si quod credit moribus
non contradicit et ideo contra illos
qui confitentur se nosse deum
factis autem negant contra quos prima Joh.
ii. a. Qui dicit se nosse deum

62 Que fides dicitur mortua

et mandata eius non custodit mendax est Item
Joh. ii. g. Fides sine operibus
etc. Adidem Ro. iii. et x. Et expo-
sitive in multiplicacione. Quia vero
Dicitur autem fides mortua ad
similitudinem mortui hominis sive
alterius mortui animalis quod nec
se ipsum nec aliud movere potest
licet enim fides huius moveat in-
tellectum ad apprehendenda et cogitanda
credenda, non tamen vita vivifico sive
vitali, quia sicut in membris ani-
malium post iugulacionem relinquitur
aliquis motus, ut palpitacio sit

c

63 [Que dicitur viva]

et in mortuo intellectum post extinctionem fidei aliquam similes mortuis inveniuntur. Fides autem viva non solum lumen est ad ostendendum credenda, sed etiam vita est sive movens ad agenda sive diligenda ac fugienda, ut de ysere dicitur. Et sicut corpus humanum cognoscitur esse mortuum aut vivum ex eo quod agit, sic fides viva dicitur que bona opera facit, et mortua que non facit. Item sicut corpus sine vita sua, id est sine anima, mortuum est, ita etiam fides mortua est que sine vita sua, id est sine dilectione dei et proximi. Prima Iohannis iii. Qui non diligit manet in morte. Fides autem similitudo est operans quia sicut anima trahit corpus ad opera sua, anima vero non trahit, sic dilectio dei trahit fidem ad bona opera, sine dilectione vero manet ociosa. Fides ergo viva dicitur que potest elicere debitas operationes que sunt per caritatem operatur. Galatas v. Fides vero mortua que impotens est ad operationes debitas. Iacobi ii. Fides que non habet opera mortua est in semetipsa. Iste nota similitudinem mortue fidei in scientia medicine que lumen est ad ostendendum ipsi medico egrotanti que ipsi salubria sunt et nociva, sed ipsum non erigit nec confortat ad ea sumenda vel declinanda. Et ideo scientia talis mortua est quia actibus mortua est vel non vivificantibus et depellentibus mortuorum malum in homine accipitur. Fides autem de qua hic loquimur de fonte vite velut rivus vivificus, ymo viva per se vite que vita gratie dicitur Christum caput membris, id est intellectum in fluit ad ipsum vivificandum, armandum, illustrandum. Propter quod dicit dominus Abacuc ii. Iustus ex fide vivit. Hebreos x. g. et xxxiii. q. prima Ubi sana. Extra de sententia

64 [...naturaliter cognoscitur ... mor.]

65 [Que similitudo est fide mortuam et scientiam medicine.]

habet quod quia non. Si autem scientia medicine esset virtus et scientia viva non solum illuminaret medicum ad videnda salubria et nociva corpori suo, sed etiam ipsam egritudinem effugaret. Tanta enim est luminositas fidei ut tenebras noxie in cordibus paciatur. Timoris enim et amoris fortissimi motus incitat vel excitat in animis in quasi malorum desideria velut vincula dyabolica disrumpunt. Sicut enim fortissimam concupiscentiam timor mortis erubescentie extinguunt, sic fides dei labem peccatorum diluit, et eorum tenebras fugat, sicut lux diei latrones. Fides autem mortua quantum ad luminositatem differt a fide viva sicut lumen quod est de nocte ab eo quod est de die, et sicut lumen quod est in umbra ab eo quod est in radio. Radius enim non habet tenebras et calidus et vivificus est, lumen vero in umbra annixtum est tenebris et frigidum et mortuum. Item sicut lux flamme in candela viva differt a luce que remanet post extinctionem candele quod prima pro nimia parvitate insufficiens est ad regendos gressus, ad ostendendos laqueos vel fovea, et ad discernendum quid pulchrum quid deforme. Ipsa fides viva non solum tenebras ignorantie sed etiam torporem excutit. Et nota quod sicut carbonem vivum musca timet in fide, sic temptator fugit eum qui est fidei vive, non habens fiduciam quod ei possit prevalere. Prima Petri v. Cui resistite fortes in fide. Item Iacobi iiii. Resistite dyabolo et fugiet a vobis. Ex quo appetet fides mortua tum non cohibet a peccato mortali, tum sola dubio cohibeat a cibo nec potu qui dicit venenosus

66 [Qualiter timet dyabolus temptare illum qui habet fidem vivam]

Qualiter bonitas operum consistit in fide

Placentes deo. Bonitas enim operum in fide fundari debet sive qua impossibile est placere deo. Hebreos xi. Et ideo dicit David: quia rectum est verbum domini et omnia opera eius in fide. Quia verbum dei docet 67

c

recte opan in fide in tamquam fundamento
omnis bona operacio consistit p^e cor
3. Ut enim multi arboris rami ex
una radice procedunt, sic multe bone
operaciones ex una recta fide pro
cedunt, nec habet aliquis viridis ramum
boni operis si non sit in radice fidei
radicatum. ¶ Per fidem ergo tota bona
que placet deo et ita contrarie per
infidelitatem et mala opera displi
cet. ¶ Unde obiciat hereticus quod qui ma
le vivunt in ecclesia Ro. Joh. xiiij.
Qui credit in me opera que ego
facio et ipse faciet, sed tales non
faciunt opera Christi, ergo non habent
fidem Christi. ¶ Videndum quod duplex est
fides. scilicet fides ociosa que non habet
opera et fides operans per dilectionem
Gal. v. Et io significatur dicit Christus
Qui credit in me etc. In eo .i. credere
est credendo ire per viam mandatorum
primus nichilominus tamen et si non habet opera
tamen habet fidem Christi. ¶ Item obiciunt
Jac. 2. Fides sine operibus mortua est
Sed fides ecclesie romane non habet opera
ut dicunt heretici. ergo fides eius
mortua est. ¶ Vide quod falsa est eius
assumpcio quia licet in aliquibus sit
mortua nichilominus tamen in aliis manet
viva. Item in dicunt Matth. xxiij
Ve nobis scribe et pharisei qui clau
ditis regnum celorum ante homines vos
autem non intratis nec etc. Dicunt
enim nos similes esse illis quia tra
ctamus. ¶ Videndum quod nobis imponunt
triplicem falsitatem. Primo quia dicunt
quod nos claudimus regnum celorum ante
homines. 2° quod non intramus regnum
celorum .i. ecclesiam dei per fidem. quod dicunt
quia non intramus conventiculos eorum
quam dicunt regnum celorum. 3° quia
dicunt quod volentes intrare non sin
imus. Dic ergo eis quod nobis attri
buunt quod eis proprie convenit. multa
etiam alia nobis imponunt que contra
eos pt probabiliter retorqueri. ¶ Item
opponunt heretici quod ecclesiam romanam
quod legitur Apoc. xvij. et xviij. et xix.
intelligentes per bestiam et per mulierem

que sedet super eam ecclesiam romanam
¶ Unde sciendum quod ubicumque loquitur
Joh. in Apoc. de bestia. scilicet xj. xij.
xiij. xix. et xx. de eadem re loquitur
xij^o. antecedentibus ubi loquitur de bestia
habente duo cornua similia agni
loquitur de alia bestia. ¶ Vide ergo
quod ecclesia Romana non potest intelligi
per bestiam illam cum dicatur as
cendisse de abysso Apoc. xj. et
de mari xiij. Ecclesia vero romana
etiam secundum ipsos tercium habuit
ab ecclesia dei. ¶ Item mulier illa
sive id quod significabatur per
mulierem erat vel fuit tempore Joh
quod patet ex eo. quia decem nichil de
defuncto, sed omnia de preterito vel presenti
et ipse angelus dicit Johanni
Ego ostendam tibi sacramentum
mulieris et bestie que portat eam
sed non dum erat ecclesia romana
ut credit ipse hereticus quod dicit
enim incepisse sub Constantino
ergo tunc non peccabat nec peccaba
nec aliquid faciebat. ¶ Item Joh
dixit angelus bestia quam vidi
sti fuit et non est. sed ecclesia romana
non fuit. et est. ergo non potest
intelligi per bestiam illam ut
heretici garriunt. multa autem alia
possunt colligi ex littera per que
patet quod non possunt romane ecclesie
convenire. Dic ergo quod per mulierem
illam intelligitur universitas reproborum
que ex re nomen habet babylon id est
confusio. ¶ Per fidem etiam et opera
bona placentes deo, quia anima
purificatur per fidem. Actuum xv.
fide purificans corda eorum et
firmatur per bona operacionem cum scilicet
fides operatur per dilectionem Gal. v.
Et ex. de pacem. unc. c. q'a vero
¶ Cum igitur fides recta et operatio
bona que fiet in nobis se invicem
adiuvant. Prov. xviij. f. Cum via
mandatorum dei sit quasi duobus pedi
bus quasi passu duplici scilicet fidei recte
et cooperacionis bone fideles incor

68 p que placet homo deo

corpe pegnates ambulat efficiunt
placentes deo et sic merent ad eter
nam beatitudinem pervenire ut dicit
Apostolus 2e Corinth. v. Contra

Arabicos et machome
tum

6q Adeptam beatitudinem contra
Arabicos qui dicunt anima
tum corpore mori de quibus
dictum est supra / et contra Macho
metum. qui non nisi carnalia
et etiam illa spurcissima promisit
cultoribus suis, ut epulas ebrie
tates comessationes mulieres et
huiusmodi lascivia et in hiis angelos
sibi ministros quos noctes vident
peccatum non homini, quos enim
non videat sanctos angelos suam
committere felicitatem et coquinaria
et pincernaria et prostibularia ser
vitute. Item 2m huius errorem
quod est paradisus nisi taberna
in defessae ingurgitationis et prosti
bulum perpetue turpitudinis. Contra huius
errorem cf. xxii. Jn resurrectione ne
que nubent neque nubentur sed sunt
sicut angeli dei. Ad idem Luce
xx. Et ita patet quod in eterna beatitudine
non erunt carnales delicie epu
larum vel vestium vel mulierum
quia qui digni habiti erunt sicut
angeli dicit et non impossibile ut deum
vacabunt et adhebunt spiritibus
deliciis amore firmissimo qui
memoria non patitur carnalium
voluptatum quod spiritualibus semper
recedat carnales. Probo experien
sensus enim patet et animalis hoc habet
quod gustato spiritu desipit omnis caro
et in extasi et raptu patet quod modi
ca scintilla spiritualis volupta
tis totam mentem ita occupat
quod nichil carnalis voluptatis
sentire vel cogitare permittitur
quanto ergo fortius ubi totaliter
beatificata sit / De extasi et raptu
habetur Ezech. primo 3. et viii. de sancto Paulo
et sanctis patribus expresse Actuum. ix.; 2e
Cor. xii. Non quod vile paradisum
promisit Machometus cum eam

vite pecorum equavit / et quantum homines
vilificavit deum non etiam felicitate
quod etiam cum brutis animalibus possent
esse consortes. Vitiatur tamen errorem
suum probare auctoritate novi et veteris tes
tamenti. quod deus promisit iudeis terram
fluentem lacte et melle / Sed hoc non potest
intelligi de materiali terra promissionis
quia illa non manat lacte et melle
ergo intelligendum de terra beatorum ubi reficien
lacte et melle Item Christus promisit etiam
refectorum Luce xxii dicit. Ut edatis et bi
batis super mensam in regno patris
mei / Christus etiam post resurrectionem de
favo mellis comedit Luce ultimo
c. ut per hoc insinuet quod post resurrectionem
homines reficiet melle / Unde quod
ideo comedit ut appareret resur
rectio eius vera / Mensam etiam
suam vocat spiritualem refectionem
beatorum hoc est divinam fruitionem
Sed queritur ab huiusmodi erroneis utrum
huiusmodi epule quas promisit Macho
metus nutriant corpora. Si non. ad
quid ergo utiles / si nutriant erunt
ergo necessarie ne corpora deficiant si eis
non subveniat per nutrimentum et ita
erunt corpora defectibilia et per consequens
vel moritura. Item aut erunt ibi
fames et sitis, aut non / si non / ergo
nec delicie cibi et potus ubi nec
fames nec sitis est / impossibile est delectari
esse in cibo et potu, cum delectatio non
sit nisi quies desiderii et impletio va
cuitatis prime / Si vero fames et si
sit vel magis potius miserie. est
ibi et illa incomparabiliter maior quam hic
Sic cum delicie ciborum et potuum vel
maiores sint incomparabiliter quam hic sit
Item aut ex coitu ubi tanto erit mul
torum generatio. aut non. si erit ergo
et magna miseria parentum et nutri
entium, et quod maius ibi locum non
haberet quod locus in infinitum in finita aut
est regio paradisi illius cum sit
corporalis / et ita oportebit exire
magnam partem populi illius de paradiso
quod impossibile est cum nec regionis fi
nitis quantumcumque sit homines capere
infinitos si non. sic non vel generatio /
ergo vis generativa non deserviet

fructui, s; fede voluptati, s; absq;
ulla cōparacōe melior est plus qua
voluptas illius cō mixtōis, pri
mat g° vis gratuita ibi eo q; sit
optimum, et ita status ille est in
compabilr minus bonus minusq;
pfectus qm̄ sit i vita ista, Item
aut amabunt ibi singl. volupta
tes et delicie, aut nō, Si non
ergo nō erunt voluptates siue
delicie, in pōle em est aliquem
delectari in eo q; nō amat. si
vero amabunt. aut q; nō amat
aut ppter se aut ppter deum. si vero
amabunt culpabilr ergo amabunt
Omnis n. creatura vna debet esse
nō solum ad cō gnoscendum deum
s; etiam ad diligendum ipm sicut n.
in vna quaq; creatura relucet dei
virtus Ita et i eius suauitate dei
bonitas. et iō culpabilr amabitur
creatura creatore relicto ⁊ iō sicut
tota vita i°. erit delectacō sic tō
pctm. et ppter hoc tota miseria ⁊
tota mors spiritualis. Item e
erunt ibi maiora desideria car
nalium voluptatum hominibz i vita
illa q; sunt i ista, aut nō, Si nō
g° neq; delicie cum pportionalia
sunt desideria delicijs Si autē
erunt equalia desideria, g° de
licie equales esse delectati, Si
vero dicit q; erunt desideria sed
et delicie. ergo cum equalibus
equalia addat i vita ia tō equalia
erunt, qre nō maior erit ibi fe
licitas futura q; pns nec minor
miseria, Quatinus n. erunt ibi
delicie ciborum et potum tantū et
miserie famis et sitis ⁊ in hunc
modum de alijs voluptatibus
⁊ appetitibz eorum, qre quantū i vita
ia essent feliciores. i vita ia tm
et miseriores, Si eni aqua tepi
dam vellet quis calefacere p admix
tionem aque calidioris alio exīo
i miscente aquam equale ⁊ eque
frigidam ut illa calida aq; nullo
pficeret ad calorem, Sic etiā qua

tumq; augeant delicie carnales
postq; ex adiūso tantū augent
molestie cō trarie illis in nullo
pficit p augmentū singl. ad vo
luptatem, ymo cum delicie car
nales sint miserie et iō spūis
compante, Math. vii, Luce. viii.
Augmentū singl. deliciarum erit
augmentū miseriarum. qre maxi
mitas earum erit maximitas
miseriarum, Et ita pz q; felicitas
siue beatitudo qua pmisit suis
fruitoribz machometus ē miseria
maxima, et contra ve beatitu
dini, qua vera beatitudo non
sit aliquid sui contrarij hoc est
miserie Apoc. vii. f. ps. Cor. 2°
f. Sap. 3. c. Isaie. xxv. ⁊ Thom.

Contra illos qui necessitati, et
contra illos qui casui vniuersa attribuunt ⁊ fre sit dit ⁊ qualis est eis videdi

Meretur, contra illos qui
necessitati, ⁊ contra illos
qui casum attribuunt vniuer
sa. decima materia deum ē supra
Sedem opa sua Indignent tm p
se Ro. ix. c. nō est currentis ne
no. s; mi. ei, Item thyt. 3. nō
ex opibus iusticie s; s'm mag
nam suam saluos nos fecit
Et adhoc rursum est supra ibi
prerum potest primam sacient
merita est obsequium gratis i
pensum ⁊ ppter hoc est retribucōis
obligatorium, nō aut sit obsequia
nisi gratis nec ex obediencia
fide fuerit in pensa, Qualitas
aut merit etiam beatitudinem
docet Augus dicens. Venale habeo
quid, regnum celorum, quo emitur
paupertate, regnum, labore requies,
dolore gaudium, ignominia gloria,
morte vita, Quid sit beatitudo
⁊ quibus noibz nominat ⁊ qre

Beatitudine, Beatitudo
dicitur status cui omnia
optata succedunt Boecius
de cons. lib. 3. circa pm, Beatitudo
est status bonorum omnium congre
gacōe pfectus, Item ⁊ dicitur

[Left margin:] ao
Pone ondit quod beatitudo qua pmisit suis fruitoibz machometus e mag miseria

[Right margin:] M
az de meritis
az

D.

1 Quare denarius
corona in quantum datur pugnantibus. 2a Thym. 2o Non coronabitur nisi qui legittime certauerit. Item dicitur

2 Quare merces
denarius prout datur laborantibus in via Matth. xx. Acceperunt singuli denarium etc. Item dicitur

3 Quare brauium
merces prout datur seruientibus Gen. xv. Ego sum merces tua magna nimis. Item dicitur brauium quia datur currentibus. prima Cor. ix. Nescitis quod hii qui in stadio currunt omnes quidem currunt sed unus accipit etc.

4 Quare messis
Item dicitur messis quia datur seminanti. 2a Cor. ix. Qui seminat in benedictionibus de benedictione et metet vitam eternam.

5 Quare premium
Item dicitur premium in quantum premiatur. Matth. xiii. Simile est regnum

6 Quare hereditas
celorum homini querenti bonas margaritas etc. Item dicitur hereditas prout datur filiis. Deut. xxxiii. Dominus hereditas eorum est. Ro. viii. Si

7 Quomodo est in eterna beatitudine
filii et heredes. Beatitudinem ubi erit semper vita sine morte, dies sine nocte, etas sine forte, iocunditas sine dolore, securitas sine timore, tranquillitas sine labore, pax sine lite, fortitudo sine debilitate, claritudo sine obscuritate, pulchritudo sine deformitate, salus sine infirmitate, veritas sine fallacia, caritas sine malicia, felicitas sine miseria.

8 Quales erunt homines in eterna beatitudine
Item beatitudine. Bedam Bush. Beatitudo sine premio eterno est videre deum, viuere cum deo, esse cum deo, esse in deo qui erit omnia in omnibus, habere deum, viuere de deo, esse cum deo qui est summum bonum, et ubi est summum bonum ibi est summa felicitas, summa iocunditas, vera libertas, perfecta caritas, eterna securitas, secura eternitas. Ibi est vera leticia, plena sciencia, omnis pulchritudo, pax, pietas, bonitas, virtus, lux, honestas, gaudia, leticie, dulcedo, vita perhennis, gloria, laus, requies, amor, concordia dulcis. Sic cum deo beatus homo erit in eum conspicua

perpetuum inueniunt non finiet eum videbit deum ad voluntatem habebit eum ad voluptatem fruetur, ad iocunditatem in eternitate vigebit in veritate fulgebit, in bonitate gaudebit, sicut habebit permanendi eternitatem, sic cognoscendi facilitatem et requiescendi felicitatem. Item beatitudinis. In eterna beatitudine erunt homines similes angelis dei Matth. xxii. f. Luc. xx. f. Et fulgebunt sicut sol in regno dei Matth. 2o Dan. xii. Ubi nulla est nulla angustia, nullus timor, nullus labor, nec dolor, nulla infirmitas, nulla mors, nulla malicia, nulla miseria, non fames, non sitis, non frigus, non estus, nec ulla temptacio inimici, nec peccandi voluntas, nec delinquendi facultas, sed ibi est requies a laboribus, pax ab hostibus, securitas a molestiis, quia totum leticia, totum dei fruicio, et diuine visionis infinita iocunditas eterne beatitudinis possidebit. Contra illos

qui bene incipiunt sed male terminant finem suum :-

Peruenire. Contra illos qui bene incipiunt sed non perseuerant usque in finem contra quos in prologo Abacuk. i. g. Non qui incepit sed qui perseuerauerit in finem saluus erit Matth. x. d. et xxiiii. b. Quia nemo mittens manum ad aratrum et respiciens retro aptus est regno dei. Luc. ix. g. Apok. 2o Habeo contra te quod primam caritatem reliquisti etc. prima Thess. iii. Isti sunt donatores qui prima fide fiunt [...]

Peruenire. quod iste debet esse finis operacionis bone sine totius ambulacionis nostre in peregrinacione huius vite scilicet salus animarum, sine vita ac beatitudo eterna, de fide prima Petri primo Credentes exultabunt gloria inenarrabili et glorificata reportantes fidei vestre finem et salutem animarum. Item Joh. vi. Hec voluntas eius qui misit me patris ut omnis qui videt filium et credit in eum habeat vitam eternam. De operacione vero Matth. xix. g. Qui reliquerit domum vel fratres aut sorores vel matrem aut patrem etc. Item

9

10 Quod debet esse finis fidei et operacionis nostre

Math. xix. Vos qui reliquistis om̄ia
et secuti estis me centuplū acci-
pietis et vitam eternam possidebitis.
Item tractatus super fide ꝛ oparacione Joh.
x. c. Oues mee vocem meam
audiunt, obediendo siue credendo
michi per fidem. Et ego cognosco
eas ut sequantur caritate meo per
susceptorum sacrificiorum esse de fide.
Et secuntur me, scilicet per bona opera
et ego vitam eternam do eis. quam
retribucionem nobis prestare dignetur
ipsa veritas que hanc permittit
dominus noster ihesus xpistus Amen.
Quare videndū est illis qui mirantur
quod heretici sustinent supplicia pacienter
et dicunt esse martirium quod est eternum
supplicium sempiternum.

11 Decliuant errores qui per
hoc symbolum cludunt ꝛ eis
per raciones per auctoritates et
per exempla ꝛ per similitudines ex
stirpatis videmus obiectionem
et admiracionem quorundam simplicium
qui de hereticorum pertinacia seducti
in laboris incidunt laborintum
credentes esse martirium quod est
in eternum supplicium sempiternum. Mirantur
enim aliqui quod non tantum pacienter
sed etiam letanter libenter vadunt
ad combustionem heretici ꝛ ad mortem.
In quo aduertere debent quod dyabolus
non tantum in corporibus sed etiam in cordi-
bus quos permissus possidet, quorum
In multos fecit dyabolus ut suspen-
dunt uel submergerent uel aliter
occiderent semetipsos. Judas suspen-
dit seipsum dyabolo instigante. Ego at
magis existimo, ꝛ magis admi-
ror quod potuit immisisse in cor eius
ut traderet ad mortem ihesum xpistum
dominum deum suum. quam ut suspenderet se
metipsum. Item dyabolus fecit
ut primi parentes libenter pomum mor-
tiferum comederent, quo tamen ipsi
et eorum tota progenies morerentur
ꝛ a paradisi gaudiis exularet.
Item dyabolus fecit ut cottidie in
igne luxurie multi letantes precipi-
tent semetipsos uel sustinent leti

per varia vicia ad gehennam. Patet
dunt igitur quod dissimilia sunt
constancia martirum ꝛ pertinacia
hereticorum, quia mortis contemptū
in martiribus pietas, in hereticis cor-
dis duricia operatur. Multa quidem
dem et alia videri possunt stul-
ticie et insipiencie siue vesanie
hereticorum, sed quam nunc verbis conuincuntur
quia non intelligunt, nec aucto-
ritatibus corriguntur. quia non recipiunt
nec flectuntur suasionibus
quia sub iusti sunt, ꝛ magis
mori eligunt quam conuerti et ab illis
qui non sine causa gladium
curtant penis corporalibus utilius
coercentur quam in suis erroribus
deperire. et alios in dampnacionem in
ducere permittantur. quia recte est ut
ferro abscidantur vulnera cum fomen-
torum non senserint medicinam. Exo.
xii. dis. Cum aliquis. xxiiii. q. 3.
tam sacerdos secundum corripiunt
esse aut Rubrica Quod sicut de
testandi sunt in heresi pertinaces sic
amplectendi sunt, qui ab erroribus
conuertuntur.

Quia ubi pia mater ecclesia nulli 12
claudit gremium salubrem
reuertenti, sed exemplo pii pa-
trisfamilias occurrit cum gaudio
filio prodigo, licet male viuendo
dissipauit bona sua qualiacunque
et de longinquo vicorum peruersorum
penitens humiliter reuertitur Luce. xv.
Ideo quantumcunque detestemur in
heresi pertinaces vere tamen conuersos ab
erroribus amplectimur brachiis
caritatis, sed ut appareat verum quis
in tenebris ambulet aut in luce
verum ne sit vere penitens aut ficte
conuersus, ex deprehensionibus hereticis
qui sponte redierit ad catholice
fidei unitatem, cum faciunt omnem
heresim abiurare secundum quod dicitur
de con. dis. 2. Ego Berengarius.
Et confiteri expresse fidem catholicam
in hunc modum Qualiter debet
heresim abiurare ꝛ fidem katholicam
confiteri qui ab heresi conuertitur

b

13 Pateat omnibus fidelibus quod ego talis et nos tales corde credimus, fide intelligimus, ore confitemur et simplicibus verbis affirmamus patrem et filium et spiritum sanctum tres personas esse unum deum, totamque trinitatem coessentialem et consubstantialem et coeternalem et omnipotentem, et singulas quasque in trinitate personas plenum deum, sicut in symbolis Credo in deum, Et credo in unum deum, et Quicumque vult salvus, et in firmiter credimus continetur. Patrem quoque et filium et spiritum sanctum unum deum esse creatorem, factorem, gubernatorem et dispositorem omnium corporalium et spiritualium, visibilium et invisibilium, corde credimus et ore confitemur. Novi et veteris testamenti unum eundemque auctorem credimus esse deum, qui in trinitate ut dictum est permanens de nichilo cuncta creavit, Johannemque baptistam ab eo missum esse sanctum et iustum, et in utero matris sue spiritu sancto repletum esse veraciter confitemur. Incarnationem divinitatis non in patre neque in spiritu sancto factam, sed in filio tantum, corde credimus et ore confitemur, ut qui erat in divinitate dei patris filius, deus verus ex patre, esset in humanitate hominis filius, homo verus ex matre, veram carnem habens ex visceribus matris et animam humanam rationalem, simul utriusque nature deus et homo, una persona, unus filius, unus Christus, unus deus cum patre et spiritu sancto, omnium auctor et rector, natus ex Maria virgine vera carnis nativitate, manducavit et dormivit et bibit et fatigatus ex itinere quievit, passus vera carnis sue passione, mortuus vera sui corporis morte, ita quod anima recessit a corpore, ac cum carne quievit in sepulchro, et cum anima descendit ad inferos et inde iustos eduxit, ibique reliquit iniquos. Et resurrexit vera carnis sue resurrectione et vera anime ad corpus redditione, in qua postea manducavit et bibit, ascendit in celum et sedet ad dexteram patris, et in eadem venturus est vivos et mortuos iudicare, corde credimus et ore confitemur. Unam ecclesiam non hereticorum sed sanctam Romanam katholicam et apostolicam, extra quam nemo salvatur, tenemus esse. Triplicem statum confitemur: unum triumphantem qui iam regnat in celis, alium militantem qui adhuc pugnat in terris, tertium expectantem qui adhuc expectat in purgatorii penis. Confitemur etiam ecclesiam materialem esse locum orationis et exauditionis, quem locum credimus esse honestum, sanctum, venerandum et incitativum cultum sanctorum. Approbamus etiam cantus psalmodias, talia officia ecclesiastica que canonice ibi fiunt, nec reprehendimus cruces, ymagines, picturas et figuras que fiunt in ecclesiis ad ornatum divini cultus et ad dei beneficia extollenda. Sacramenta quoque que in ecclesia celebrantur inestimabili virtute spiritus sancti cooperante, licet a peccatore sacerdote ministrentur, dum ecclesia eum recipit, in nullo reprobamus, nec ecclesiasticis officiis vel benedictionibus ab eo celebratis detrahimus, sed benivolo animo tamquam a iustissimo sancta amplectimur, quia non nocet episcopi malicia vel presbiteri ad baptismum infantis, neque ad eucaristiam consecrandam, nec ad cetera ecclesiastica officia subditis celebranda. Approbamus ergo baptismum infantium, quod si defuncti fuerint post baptismum antequam peccata committant, fatemur eos salvari, et credimus etiam in baptismate omnia peccata tam illud originale peccatum quam voluntarie commissa penitus dimitti virtute et efficacia sacramenti. Confirmationem ab episcopo factam, id est impositionem manuum, sanctam et venerandam accipiendam esse censemus. In sacrificio eucaristie, ubi ante consecrationem erat panis et vinum, ibi post consecrationem esse verum corpus et verum sanguinem domini nostri Ihesu Christi firmiter et indubitanter corde puro credimus et simplicibus verbis fidelibus affirmamus, in quo nichil a bono maius nec a malo minus perfici credimus sacerdote, quia non in merito consecrantis sed in verbo efficitur creatoris et in virtute

b

proprie sancti. Unde firmiter credimus et
confitemur quod quantumcumque quilibet hone-
stus religiosus sanctus et prudens sit
non potest nec debet eucaristiam consecrare
nec altaris sacrificium conficere, nisi sit
presbiter a visibili et tangibili episcopo
regulariter ordinatus. Ad quod officium
tria sunt ut credimus necessaria
scilicet certa persona id est presbiter ab episcopo ut
predictimus ad id proprie officium con-
secratus, et illa solempnia verba que
a sanctis patribus in canone sunt
expressa, et fidelis intencio proferentis.
Ideo firmiter credimus et fatemur
quod quicumque sine precedenti ordinacione
episcopali, ut prediximus, credit et contendit
se posse sacrificium eucaristie facere here-
ticus est, et perdicionis Chore et suorum
complicium est particeps atque con-
sors, et a sancta Romana ecclesia segrega-
tus. Peccatoribus vero penitentibus veniam
concedi a Deo credimus et eis libentissime
communicamus. Et non solum Deo sed
etiam sacerdoti visibili confessionem
credimus faciendam. Unctionem infirmorum
cum oleo consecrato veneramur.
Coniugia carnalia esse contrahenda
secundum apostolum non negamus, ordinate
vero contracta omnino disiungi prohibemus.
Hominem quoque cum sua coniuge ge-
nerando in fide salvari credimus
et fatemur, nec etiam secunda vel ulteriora
matrimonia condempnamus. Sed tamen
virginitatem continenciam ac matri-
monium approbamus. Carnium perceptionem
non reprehendimus nec inculpamus.
Non condempnamus iuramentum, immo
credimus puro corde quod cum veritate
et iudicio et iusticia licitum sit
iurare. De potestate seculari asserimus
quod sine peccato mortali potest iudicium
exercere dummodo ad inferendam vindictam
non odio sed iudicio, non incaute
sed consulte procedat. Predicacionem
necessariam et valde laudabilem esse
credimus, tamen ex mandato et licencia seu
permissione summi pontificis vel
prelatorum illam credimus exercendam.

In omnibus vero locis ubi manifeste
heretici manent et fidem Dei in
Ihesum Christum ac sancte Romane ecclesie
abdicant et blasphemant, credimus
quod disputando et exhortando modis
omnibus secundum Deum debemus
illos confundere et eis verbo Domini
ut viri Christi et ecclesie adversarios
fronte libera usque ad mortem libere
resistere. Ordines vero ecclesiasticos
et omne quod in sancta Romana
ecclesia statutum legitur aut cantatur
humiliter collaudamus et fideliter
veneramur. Dyabolum non per con-
dicionem sed per arbitrium malum esse
factum credimus et fatemur, corde
credimus et ore confitemur huius
carnis quam gestamus et non
alterius resurrectionem. Iudicium quoque per Ihesum Christum
esse futurum in fine seculi et singu-
los pro hiis que in hac carne ges-
serunt recepturos vel penas
vel premia in corpore et anima
credimus firmiter et affirmamus.
Interim vero circa universale iudicium
summe bonos credimus in celum
ascendere et esse cum Christo, summe
vero malos cum dyabolo descendere
in infernum. Illos vero qui habent
in morte aliquid emendabile sine
purgacione in purgatorium
credimus, quos ibi iuvari per suf-
fragia ecclesie, per sacrificia, per carorum
oraciones et per alia beneficia confitemur.
Remanentes in seculo et sua possi-
dentes, elemosinas et cetera beneficia
ex rebus suis agentes, precepta
Domini servantes salvari credimus
et fatemur. Decimas primicias et
oblaciones ex precepto Domini credimus
persolvendas secundum divina et canonica 12
instituta. Credimus etiam quod
claves ecclesie concessit apostolis
eorumque successoribus dominus Ihesus Christus.
Et confitemur quod episcopi et alii
prelati qui habent curam animarum
possunt ligare et solvere, excommunicare
et reconciliare, ac malos perpetim

et vitare et constituciones facere
quam saluti subditorum viderint
expedire et propter hoc prelatorum suis
debent subditi humiliter obedire
Confitemur etiam quod dominus papa
tempore pro sue indulgentias
quam fidei et ecclesie ac divino cultui
viderint expedire, et propter hoc
approbamus remissiones et indul
gentias quas faciunt contra sar
racenos et hereticos et contra im
pios christianos vel aliter pro sa
luti animarum fuit oportunum
Confitemur etiam obediendum
est non solum deo sed etiam ho
minibus carnalibus scilicet domino pape
et aliis prelatis ac episcopis licet quod
absit ipsi fuerint peccatores dum
modo nos etiam tollerent, et nos
ipsi eis obedienciam promittimus
puro corde, firmiter etiam pollice
mur, ut de cetero illam fidem
tenebimus quam romana tenet
ecclesia, que disponente domino cunctorum
fidelium mater est et magistra
Abiuramus etiam et dampnamus
omnem heresim et omnem errorem
quocumque nomine censeatur quam
Romana dampnat ecclesia
et promittimus quod pro viribus fidelium
detectis persequimur, omnes quos
in predictis erroribus novimus
sic errare, et ad persequendum
illos dabimus consilium, auxilium
et favorem et quod predicta omnia
fideliter et firmiter complevimus
iuramus super sancta dei ewangelia
bona fide ~~Rubrica~~ **Sub qua
forma iuret de heresi inquirendus**

12 Ego talis iuro super sancta
dei ewangelia quod ego stabo
et obediam mandatis ecclesie
et mei talis episcopi et dicam plenam
et puram veritatem, tam de me
quam de aliis omnibus vivis et mor
tuis de quibus occasione fidei
fuero requisitus per vos et per
alium auctoritate vestra, et etiam licet non
fuero interrogatus et super hiis que ad
memoriam reducam non celabo
per veritatem, et predicta faciam bona
fide remoto odio et amore prece
ac precio gracia et amore, et omni
comodo et incomodo, quod pos
set michi inde aliquibus evenire
et omni pacto quo possem
ab hiis directe retardari vel impediri.
Super quibus fiant interrogaciones

Si vidit vel cognovit ali 17
quem hereticum quocumque
nomine censeatur, et quem, et
ubi, et quo, et quando, et quociens, et cum quibus, et
et quando ultimo et qualiter vel quos vidit
cum illis, si predicacionem vel colla
cionem, vel oracionem, sive leccionem, vel
monicionem, sive exhortacionem, vel
confessionem, sive commemorationem hereticorum
interfuit, Si errores eorum audivit
ab eis, vel ab aliis, si credidit vel
adhuc credit, vel aliquem approbavit
Si credit eos esse bonos homines
vel adhuc credit, et quamdiu cre
didit, et si eos approbavit bonos ho
mines, vel audivit eos ab aliis
sic approbari, Si credit persecutores
eorum persequendo eos peccare, vel si
credidit umquam. Si reprehendit vel
arguit coram ipso vel coram ali
quibus publice vel occulte contra
inquisitores quod persequebatur eos,
vel si aliquem commendavit, Si dixit
aliquem quod vellet animam suam esse
ubi erat anima quam fuit combusti
condempnati, Si ossa vel cineres
combustorum pro heresi habuit, et si scit ali
que quam habent vel tenuerit predi
quis, vel aliter, si habuit vel habuerit
libros hereticorum et specialiter ewangelia
vel epistolas in romano vel psalmos
vel oraciones alias in vulgari secundum
morem waldensium, si induxerit
vel monuit aliquem ad credenciam
vel ad amorem hereticorum, vel si fuit
ad hoc ab aliquo inductus, et a quo

et qualiter et ubi et quando. Si dedit eis consilium auxilium vel favorem vel defensionem facto vel verbo / Si visitavit illos vel eis dedit elemosinam vel ducatum. Si recepit eos in domo, vel si celavit vel occultavit vel sustinuit, vel si scit quis hoc fecerit. Vel quociens captos pro heresi liberavit, vel ad liberandum eos alicui dedit consilium auxilium vel favorem. Si scit sepulturam alicuius heretici in ecclesia vel alibi. Si dedit eis pacem vel recepit ab eis, si eorum officio interfuit et cene, si panem benedictum comedit vel bibit cum eis. Si dedit vel misit eis aliquid, si legavit vel legari fecit eis aliquid, vel si scit qui fecit. Si recepit eorum elemosinas vel eis fecit dari, si recepit eorum deposita, vel aliqua deposuit penes eos in quantitate de loco et tempore personis et aliis circumstanciis studiose. Item de conversis in quantitate in quibus erraverunt et si errores predicaverunt vel docuerunt. Item quem audiverunt suam predicacionem sive doctrinam. Item qui sunt sibi confessi secundum modum eorum. Item qui sunt eorum receptatores. Item qui visitatores. Item qui credentes. Item qui interfuerunt cene sponso. Item qui receperunt ipsum ad consolandum pacis ipsorum.

De ydolatris

Simili modo fiunt interrogationes de ydolatris et de ydolatriis / super ydolatriis sive maleficiis interrogatur si fecit aliquid quod ad cultum demonum pertinet, vel si fecit fieri, vel si scit quis fecit. Si scit experimentum speculi, vel ensis, vel ignis, vel manubrii eburnei, vel de invocandis demonum auxilium super aliquibus herbis vel animalibus vel aliis eventibus. Si fecit aliquod experimentum pro amore mulierum vel hominum, vel pro odio ira et discordia aliquorum vel pro inveniendis furtis vel thesauris, vel pro perdendis honoribus vel dignitatibus vel favoribus. Si fecit experimentum tale de infirmis. Vel si fecit aliquod sacrificium ad habendum responsum demonum. Si fecit experimentum tale vel aliquod de artibus vel plumbo, si de aliqua parte hominis mortui vel vivi, vel de aliorum vestibus vel capillis fecit aliquid pro odio vel amore. Si de sanguine hominis vel mulieris scripsit aliquid. Si in ostio vel alibi, si in intestinis animalium vel spatulis vel manibus hominum querunt futura. Si observaverunt dies egyptiacos credentes eos esse infaustos ad aliquid incipiendum vel administrandum. Si in kalendis Januarii pro anno novo fecit auguria bonum dando ad invicem aliqua postrema. Si observaverunt menses aut tempora aut horas diei vel anni, aut lune aut solis cursum vel etatem credentes dies vel horas vel puncta vel tempora aliqua fortunata vel infortunata ad aliquid faciendum vel incipiendum, vel obmittendum, sicut in pomagio officio vel edificio construendo. Si in imaginibus librorum vel pictorum vel figurarum sive quorumcumque signorum vel verborum vel caracterum in quibus sunt de morte vel vita alicuius, vel de aliquibus futuris per spiritus vel ad usus. Si observaverunt sempiniola scripta falso intitulata nomine Amelius. Si sortes que dicuntur apostolorum. Vel si dixit carmen in collectionibus herbarum vel de eventu, vel si portavit vel deposuit super homines vel animalia pittaciolas scriptas sive pro infirmitate vel pro alia causa. Item si fatavit vel fatari fecit infantem, vel si alicui pro ad hoc consuluit, vel si fecit parari mensam cum epulis

vel luminaribus ipsis factis. Si ob-
servavit auguria avium involan-
tium vel voce, vel sternutaciones,
vel alia in talia credens illa esse
causas infortuniorum illa die vel
mense, vel anno. Si observavit
in venacione ut de aue in cubare
omnes. credens de hoc habere fecundi-
tatem vel hereditatem, vel inven-
cionem ferri, vel acus vel obu-
li, vel lupi, vel serpentis vel huius-
modi, credens illa esse causas for-
tunii, vel infortunii. Si observa-
vit constellaciones credens quod secundum
cursus siderum nascentium mores
actus et eventus nascuntur. Si fe-
cit experimenta de transsiliendis
ignibus vel accipiendis a ba
ligno non saporum, vel de ossibus
comburendis. Si credit talibus
si venit ad domum operancium talia
Vel si introduxit ad domum
